# PHERECYDEA.

DISSERTATIO
INAUGURALIS PHILOLOGICA
QUAM
AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS
CONSENSU ET AUCTORITATE
IN
ACADEMIA GEORGIA AUGUSTA
AD
SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES
RITE CAPESSENDOS

SCRIPSIT

CAROLUS LUETKE
SEDINENSIS

GOTTINGAE.
APUD DIETERICH (L. HORSTMANN)
MDCCCXCIII.

*De dissertatione probanda ad ordinem rettulit*
*U. de Wilamowitz-Moellendorff prof.*
*Examen rigorosum habitum est die XXVI. mens. Iulii*
*a. h. s. XCIII.*

PATRIS CARISSIMI
MEMORIAE

S.

Pherecydis fragmenta primus collegit Fredericus Sturz[1]), sed editio eius non iam sufficit. Nam primum, quod optimis codicibus uti non potuit, iam ob hanc causam in errores satis multos incidit. Velut neque cod. Laur. scholiorum Apollon. neque Boeckhii editionem scholiorum Pindar., quibus solis praeter scholia Homerica maior fragmentorum numerus continetur, usurpare ei licuit. Ita factum est, ut neque de singulis rebus neque de ordine fragmentorum recte iudicare posset. Atque cum de illis in Muelleri editione percensenda mihi dicendum sit, hic pauca exempla afferam, ubi propter codices de ordine erravit. Veluti quod sch Pind P 3, 59 (= fr 4 St 8 M) de Aesculapio in libro primo Pherecydis actum esse videbat, etiam sch Eur Alc 1 = p. 82[2] St 8 et 76 M) et sch Pind P 3, 96 (ibid) in libro primo exstitisse opinatus est. Sed scripta haec erant in libro VIII, nam pro *ἐν τῇ ἱστορίᾳ*, quod St legebat, in codd. est *ἐν τῇ ὀγδόῃ τῶν ἱστοριῶν*. Deinde sch Apln IV 1396 (= fr 30 St 33 M) falso ed. pr. secutus libro decimo inseruit, quod scholii extrema pars, ubi bis lib. II indicatur, in ed. pr. non exstat[2]). Tum sch Eur Phoen 159 (p 140 St fr 102 b M) non ex l. X sumptum est, ut Sturz et Matthiae censuerunt, nam sch Ω 617

1) Gerae 1789 (ed. altera non mutata a. 1798); ed. altera aucta et emendata Lipsiae 1824.

2) Falso igitur etiam Matthiae, de quo mox dicendum erit, pro ἐν δεκάτῳ coniecit ἐν τρίτῳ Qua coniectura fisus C. Mueller omnes Herculis labores in tertio libro narratos fuisse opinatus est, et fr. 33 h, quod sine dubio ad Geryonem referendum est, fragmentis de expeditione ad Hesperides suscepta adiunxit. A Muellero inductus etiam Wilamowitz erravit Her I 325 n. 115.

(= IV 639 b M) in l. VIII de Nioba narratum esse docemur. Denique fabulas de Pelope ex Pherecyde traditas ad librum secundum refert, non recte, ut paulo infra demonstrabitur.

Sed non solum, quod auctores non ita, ut nos hodie, legebat aut quod fragmenta non pauca omisit, Sturzii collectio non sufficit, sed etiam quod commentarius ab eo additus non id praestat, quod nunc postulandum est. Nam primum multum abest, ut omnem materiem afferat, ex qua de fabulis Pherecydeis iudicandum est, atque contra multa profert, quae neque Pherecydis verba interpretantur, neque res ab eo traditas magis dilucidas reddunt, sed in universum tantum de fabulis nos docent. Deinde ubi Pherecydes aut cum aliis mythographis poetis historicis consentiat aut ab eis discrepet, non satis discrevit satisve extulit, ita ut neque qui auctores fabulam Pherecydeam amplexi sint, neque quibus fontibus ipse sit usus usquam fere discamus.

Tum post Sturzii editionem priorem Augustus Matthiae programmate Altenburgensi a. 1814 fragmentis Pherecydis operam dedit. Sed id tantum respexit, ut ordinem fragmentorum restituat. Atque iam supra nonnullos errores eius codicum auxilio detexi. Accedunt alii: nam Pelopis fabulas in libro IX narratos fuisse censet, sed sch Apln I 752 (p 93[2] St 93 M) librum VIII. commemoratum invenimus, id quod in ed. pr. omissum est, sch Ψ 296 (= IV 638 b M) quod Matthiae et Sturz non habebant, l. III. Omnino vero, quod omnia frustula certo loco inserere studebat, nimium in paucis fundamentis eisque partim falso positis aedificavit, sententiis sibi fictis atque coniecturis suis potius quam vera argumentatione usus est. Atque commentatione ipsa computationem rectam non esse arguitur: nam quot fragmenta in solo libro decimo confercire coactus est!

Post Sturzium Carolus Mueller, uti par erat, etiam Pherecydis reliquias fragmentis historicorum graecorum inseruit (I 70—99 IV 637 a—639 b). Atque primum quidem fragmenta a Sturzio omissa nonnulla addidit. Sed tamen ne apud eum quidem omnia collecta sunt, quae ex scriptoribus expiscari nobis licet, plerumque quod tum nondum licuit. Quot mihi quidem innotuerunt, infra afferam.

Deinde quod attinet ad ordinem, Mueller magis quam Sturz et Matthiae, cuius sententias saepenumero amplexus est, Apollodorum secutus est. Sed hanc viam non rectam esse aut certe

non ita plane sequendam esse, ut M. fecit, per se patet. Nam ut maiores tantum fabularum quasi acervos commemorem, qu quo loco apud Pherecydem lecti fuerint scimus, fabulas dico de Hercule Cadmo Argonautis, apud Ph. habemus Cadmi historias (lib. IV. et V.) post Herculis (potissimum l. II.) et ante Argonautarum (l. VI. et VII.), apud Apollodorum autem Herculem (l. II.) post Argonautas (l. I.) et ante Cadmum (l. III.). Idem de singulis rebus demonstrari atque accuratius rem ita esse contendi posse puto, nisi Apollodorus ubicumque Pherecydem affert libri numerum omisisset. Omnino autem ne in hac re multo magis nesciendi ars exercenda sit timeo, quam M. fecit, qui omnia fere frustula certo cuidam libro adscripsit.

Totum denique Muelleri opus respicientibus, quippe qui pro ratione modoque libri sui adnotationes nisi parvas adfigere non soleat, dicendum esse puto, M. scientiam de Pherecyde non multo magis adiuvisse quam Sturz fecit, cuius vestigia saepe nimis incaute pressit. Itaque minime exspectandum est, Muellerum quem locum auctor in historia fabulari et litteraria teneat enucleasse

Quae cum ita sint, neminem puto dubitaturum esse, quin· nova fragmentorum Pherecydis editione opus sit. Atque Udalrico de Wilamowitz praeceptori meo, qui ut passim publice (ex. gr. hom. unters. 376) ita in scholis aestate a. 1889 habitis hunc laborem suscipiendum esse pronunciavit, debeo, quod ad Pherecydem tractandum me accinxi. Sed priusquam ad finem quendam perveniam, necesse erit non solum omnia examinare, quae de Pherecyde scripta sunt [1]), sed etiam totam fere historiam fabularem perquirere. Cum autem tempus non ita procul a nobis absit, inde a quo fabulae recta via ac ratione tractantur, vel — fortasse rectius — denuo tractantur, magna cura laborque impendendus erit, priusquam melius de Pherecyde instructi erimus si omnino eventus non minor erit quam spes philologorum, vel potius labor maior quam vires meae.

Nunc quidem paucas tantum quaestiones instituere in animo est.

1) Praeter multos hh. dd., qui occasione data de singulis fragmentis dixerunt, unus ni fallor Carolus Robert plura composuit in diss. de Apollodori bibliotheca. Berolini 1873.

## De Pherecydis fragmentis a Carolo Mueller editis.

Atque primum quidem de Muelleri editione agam, ut quatenus ei fides habenda sit, quatenus non, facilius intelligatur atque ut rectius illa, donec nova in lucem edetur, usurpari possit. Qua in re nunc statim dico, me id potissimum exhibiturum esse, quod ex scriptoribus inde ab aetate Muelleri melius editis elici potest. Nam utrum ex. gr. subscriptioni ἡ ἱστορία παρὰ Φερεκύδει confidere possimus necne, vel num alia fragmenta Pherecydis nomine non allato ei tribuenda sint, vel denique num fragmentum Ph. philosophi sit [1]), tum demum diiudicari poterit, cum fabula ab eo tradita accurate perpensa et omnes alii de eadem historia auctores in examen vocati erunt: id quod nunc quidem in perpaucis factum est. Etiam id antea dico, in fragmentis scholiis Apollonianis servatis, in quibus Keilii editione uti Muellero nondum licebat, discrepantias me non notaturum esse, nisi res falsis Muelleri lectionibus aut obscurata est aut perversa. Nam in his, cum modo ed. pr. modo cod. Parisinum [2]) adhibuerit, falsae lectiones plures sunt, quam ut omnes singillatim commemorare possim. His praemissis ad singula fragmenta transeamus:

De nominibus Dionysi, Isidis, Osiridis, Hori: fr 1ª (IV 637 b M) = schol Aristid p 100 Frommel (313 Dind),

---

1) Huic adscripta sunt fr. 66 et duo illa de formis Ionicis FHG IV 639 b et 627 b. Praeterea obiter indolem fragmentorum spectanti huc trahenda esse videantur etiam haec: 1ª, 2ª, 6, 7, 11, 14.

2) Quid de cod. Par. iudicandum sit, Keil in praefatione dixit et Wil. Her. I p. 187 n. 132. De ed. pr. fortasse aliter censendum est: cf. infra.

quod omnino apud mythographum Lerium exstitisse vix credimus, quamquam pessime corruptum est, tamen a Muellero falso restitutum esse cognosci potest. Sed ipse id tantum animadvertere possum, Pherecydem vel Antiochum tres illos deos, Osirin Isin Horum, et physica ratione interpretatum esse et nomina veriloquio, quale in peregrinis praecipue verbis esse solet, declarasse. Itaque, si in his scholiis, fundamentis ita positis, omnino conicere licet, fortasse scribendum est: . . . *λέγοντες Ἶσιν μετωνομάσθαι τὴν γῆν ἀπὸ τῆς περὶ τὴν θέσιν τὴν κατὰ μέσον ἰσότητος, ταύτης δὲ ἀδελφὸν Ὄσιριν* (vel *Ὕσιριν*? cf. Hellan fr 154), *καθ' Ἕλληνας δὲ* (M; *καὶ* codd) *Διόνυσον, τὸν ἐκ Διὸς ὑετὸν* (Creuzer; *ἐτὸς* codd.; an *ὗσιν*?) ⟨*ἐς*⟩ *γῆν ῥεόμενον*, † *Βρόντου παῖδα* [*τὸν*] *Ὧρον τὸν ὡραῖον* (*ἄριον* codd) *ἤδη καρπόν.*

De Apollinis baculo (postea Mercurii caduceo): fr 2[b] (IV 637 b M) = sch T ad *Ω* 343 post *δέδωκεν* ins. *ὡς τὰς βοῦς ἐβουκόλει Ἀδμήτου.*

De Orione:
fr 3 = Apld I 4, 3 etiam ea quae apud Apld. sequuntur, exscribenda essent (ut K. O. Mueller fecit *kl. deutsch. schr.* p. 130), si Pherecydem ex Hesiodo hausisse certum esset. Certe Orionem Neptuni et Euryalae filium esse apud eum tantum praeter Pher. legimus (fr. 17 Rz). De Sida aliunde nihil mihi innotuit neque magis de prima mortis causa (p 9, 12 Hr). Omnino Apld. diversas res compilasse videtur [1]). Nam prior pars Hesiodum, altera Euphorionem redolet.

Neque de fr. 4 = sch A ad *Σ* 486 ad finem perveni. Atque pro *Εὐφορίωνι* (fr 108 Mein) unus cod. Leid. exhibet· *Φερεκύδῃ*. Itaque Mueller initium scholii, quod certe non Pher est, Euphorioni, finem Pherecydi tribuit. Sed etiam hoc Euphorionis esse potest; nam Upis haud dubie Diana ipsa est [2]). Ergo

1) Sed cum Heynio contra Schwenckium (Rh. Mus. XIII 145) Neptunum (p 9, 8 Hr) removendum puto. Omnino exspectamus historiam, in qua Orion dono a patre dato utitur. Hoc non invenio nisi apud Serv. V. A. X 763, qui tamen etiam praeter confusionem aliena inferre videtur. Certe tamen Hesiodus Oenopionem Liberi filium induxerat: sch λ 197. Itaque haud scio an pro Ποσειδῶν scribendum sit Διόνυσος, qua coniectura non Apld. restituimus — nam fortasse ipse erravit — sed fabulam. — Ceterum p 9, 11 Hr fortasse legendum est: ὅτι ⟨τοῖς θεοῖς ἐμήνυσεν, ὅτε⟩ Ἄρει.

2) Itaque fr 109 vix ex alio carmine Euphorionis sumptum est atque fr 108, ut Meineke opinatus est.

aut cod. Leid. non confidendum est[1]), aut Euphorionem Pherecydis vestigia pressisse putandum est, ut saepius videtur fecisse. Tum autem Pherecydes Hesiodum, in morte quidem Orionis narranda, non secutus est. Omnino autem *ἱστορία* valde suspecta est: cf. quae Robert ad Eratosth 32 et 7 affert.

De Tityo:

fr 5 (1) = sch Apln I 761 totum describo, quod Etymologicum apud Millerum mél. p. 107 adhibendum est: *Φερεκύδης δέ φησιν ὅτι Ἐλάρῃ τῇ Ὀρχομενοῦ μιγεὶς ὁ Ζεὺς ὤθησεν αὐτὴν κατὰ γῆς* (Et. ed. pr.; *γῆν* L.), *δεδοικὼς τὴν τῆς Ἥρας ζηλοτυπίαν καὶ ἀνεδόθη ἐκ* (Et. Keil; deest in L.) *τῆς γῆς Τιτυός. διὸ καὶ γηγενὴς καλεῖται*[2]).

fr 5 (2) = sch Pind P 4, 160 verba inde ab *ἐπάγει* delenda sunt; nam *αὐτὸς* est Pindarus, ut Sturz iam verbis 'nimirum P.' appositis significaverat.

Hoc loco secundum Gomperzii coniecturam probabilem inserendum est:

fr. 5 (3) apud Philod. *περὶ εὐσ.* p 7 G: . . . *Φερεκύδ(ης κα)τατοξευθέ(ντα τε)λευτῆσαί φη(σιν)*.

Ceterum melius fortasse M. Apollodori locum (I 4, 1, 4—5 imprimendum fecisset, utpote qui Roberti quidem sententia verisimili (p 67) ex Pherecyde fluxerit.

De Corybantibus et Cabiris:

fr 6 = Strab X 472 num Lerio tribuendum sit, dubitari licet; certe singulis verbis a Muellero scriptis fides non est et verba inde a *μάλιστα δὲ* delenda esse videntur.

De Dactylis Idaeis:

fr 7 = sch Apln I 1129 *ὡς Ἑλλάνικος* sec. cod. L delendum. *αὐτῶν* Keil falso post *ἀριστεροὶ* collocat. Nam propter articulum recte post *οἱ γόητες* scriptum est. Etiam hic suspicio oritur, num rectius ad Syrium fragmentum referatur.

De Aesculapio:

fr 8 (3) = sch Eur Alc 1 non primo sed octavo libro assignandum est, nam loco *ἐν τῇ ἱστορίᾳ* legendum est *ἐν τῇ*

---

1) Hoc efficiendum videtur ex Maassii de cod. Leid. commentatione: Herm XIX (p 553!).

2) In Et. pro ἀνέθρεψεν ex Apld. I 4, 1, 4 et sch η 324 ἔκρυψεν scribendum videtur. Falsa lectio fortasse orta est ex Apln. I 762 cf. Verg Aen. VI 595.

ἢ τῶν ἱστοριῶν. Praeterea cum hoc frustulo arte coniungendum est fr 8 (4) = sch Pind P 3, 96, quoniam utrumque ex uno fonte manavit, Apollodoro Atheniense scilicet. cf. Wil· Isyllos 64 et ceteros locos apud Schwartzium ad sch Eur l. c., quorum Pherecydes nominatim affertur etiam apud Philod. περὶ εὐσ. p 17 G: τὸν Ἀσκλ(ηπιὸν δ' ὑ)πὸ Διὸς κε(ραυνω)θῆναι γέγρ(αφεν . . .) καὶ Φε(ρεκύδης) ὁ Ἀθηναῖος . . . Hoc igitur hic inserendum est. cf. etiam Robert *de Apld bibl* p. 58.

De Daira:

fr 11 = Eustath ad Hom Z p 648, 37 omnia a καὶ ἔοικε, φησίν, delenda sunt; nam φησὶν non ad Pherecydem respicit, sed ad Aelium Dionysium, quem Eustathius ipse nominat. Itaque etiam Sturzii coniectura cadit. cf. Schwabe, Aelii Dionysii et Pausaniae fragm. p. 134.

De Triptolemo: fr 12 = Apld I 5, 2 pro υἱὸν Ὠκεανοῦ lege Οὐρανοῦ.

De Dictye et Polydecte: fr 13 = sch Apln IV 1091 Περικάστορος est etiam in cod. L.

De Telamone: fr 15 = Apld III 12, 6, 7. Pro Ἀκταίου eqs delenda sunt: cf. Wil. hom. unters. 246 n. 10.

De Peleo et Thetide:

fr 16 (1) = sch Pind N 4, 81 [καὶ] Θέτιν et ⟨καὶ⟩ ᾤκει Schw. ad sch Eur Andr 17 [1]).

fr 16 (2) (IV 638a M) = sch Eur Andr 17 ἦν ὑπ' (add. Schwartz ex cod A coll Strab IX 431) Ἀχιλλέα τὸ Θετίδειον. ὅπερ κτλ. Tzetzae locus vix commemorandus erat, quippe qui exscripserit sch. Pind.

De Peleo Iolcum expugnante: fr 18 = sch Pind N 3, 55. τὴν Ἰωλκὸν recte Abel.

De Philaidibus: fr 20 = Marc. vita Thuc. 3 pro Ἐπίδυκος coni. Ἐπίλυκος Töpffer *att. gen.* 278.

De Argo πανόπτῃ:

fr 22 (1) = Apld II 1, 3, 3. Num verba recte a Valckenaerio et Heynio restituta sint dubito, quod Asclepiadem non Ionem, ut πολλοὶ τῶν τραγικῶν, sed Argum ab Inacho genitum esse dixisse mirum est. Itaque nescio an lacuna

1) Gu. Radtke, de Lysimacho Alexandrino, diss. Argent. 1893 hoc et alia fragmenta satis multa ex Lysimacho fluxisse demonstrare studet. Hoc ad nostram quaestionem, ubi de verbis potissimum agimus, nihil attinet.

sumenda sit et ita fere verba scribenda: Ἄργον τὸν πανόπτην, ὃν Ἀσκληπιάδης μὲν Ἀρέστορος λέγει, Φερεκύδης δὲ ⟨Ἀρέστορος καὶ Μυκήνης τῆς⟩ Ἰνάχου. cf. sch β 120 Paus II 16, 4.

fr 22 (2) = sch Eur Phoen 1116: ὁ μὲν γὰρ Φερεκύδης φησὶν αὐτὸν ἐπὶ τοῦ ἰνίου . . . θυγατέρα delendum. Porro lege Ἐρευθαλίῃ, Ἥρῃ, ἐφιστᾷ (hoc Schwartz).

fr. 24. Scholia ad Odysseam vulgata, quae dicuntur, ab editoribus ex edd. antiquis deprompta sunt, etiam a Dindorfio, qui tum demum, cum praefationem scriberet, ex cod. Oxon. vel plane gemino ea fluxisse animadvertit. Sed etiam in aliis codd. exstant, ita in cod. Marc. 613, ut Hugo Rabe mea gratia statuit [1]). Atque benignitati huius hominis docti debeo, quod lectiones codicis exhibere possum, id quod non sine fructu fieri mox apparebit. In parte igitur scholiorum lectiones novas notare satis habebo, partem eorum ad verbum exhibebo. Ne postea singillatim mihi commemorandum sit, statim dico Dindorfio lectiones ed. Aldinae, ex qua pendet in his scholiis (nisi rectius est ex Buttmanno), afferenti non omnia credenda esse. Ita in hoc scholio habet ed. Ald.: αὐτῷ καὶ οὗτος — ἀκνεότητος — αὐταῖς ταῖς κόραις — ἐπαγγειλαμένου — νόσον ὁ Μελάμπους eqs, quae partim p. LXIII correxit. Cod Ven mihi M, ed Ald. $V^a$, cod. Oxon $V^0$ audiat, ut scholiorum editori futuro, A. Ludwich. De codice Vindob. 133 (*X*), nonnulla debeo comitati Hermanni Schrader.

De Melampode:

fr 24 = sch ο 225 ita legendum esse puto:

*Μελάμπους ὁ Ἀμυθάονος παῖς πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα διὰ τῆς μαντικῆς τεράστια εἰργάσατο (?), οὐχ ἥκιστα δὲ αὐτῷ καὶ οὗτος ὁ ἐνδοξότατος ἆθλος ἐγένετο. τῶν γὰρ Προίτου θυγατέρων τοῦ βασιλέως τῶν Ἀργείων Λυσίππης καὶ Ἰφιανάσσης διὰ τὴν ἐκ νεότητος ἀνεπιλογιστίαν ἁμαρτουσῶν εἰς Ἥραν — παραγενόμεναι γὰρ εἰς τὸν τῆς θεοῦ νεὼν ἔσκωπτον αὐτὸν λέγουσαι πλουσιώτερον μᾶλλον εἶναι τὸν τοῦ πατρὸς οἶκον — † καὶ διὰ τοῦτο μάντις ὢν ὁ Μελάμπους παραγενόμενος ὑπέσχετο πάντας θεραπεύειν, εἰ λάβοι κατάξιον τῆς θεραπείας τὸν μισθόν. ἤδη γὰρ ἡ νόσος δεκαετὴς καὶ ὀδύνην φέρουσα οὐ μόνον αὐταῖς ταῖς κόραις ἀλλὰ καὶ τοῖς γεγεννηκόσιν.*

---

1) Postea vidi hoc iam ab Arthuro Ludwich dictum esse in Lentzii Herodiano II 2, p 1233.

ἐπαγγειλαμένου δὲ τοῦ Προίτου τῷ Μελάμποδι καὶ μέρος τῆς βασιλείας καὶ μίαν τῶν θυγατέρων, ἣν ἂν θέλῃ, εἰς γάμον δώσειν, ἰάσατο τὴν νόσον ὁ Μελάμπους διά τε ἱκεσιῶν καὶ θυσιῶν τὴν Ἥραν ἐκμειλιξάμενος καὶ λαμβάνει πρὸς γάμον Ἰφιάνασσαν, ἕδνον αὐτὴν τῶν ἰατρειῶν καρπωσάμενος. ἡ δὲ ἱστορία παρὰ Φερεκύδῃ.

2 εἰργάσατο M ἐποίησεν Buttm. ἐποίει V[a] ὁ om V[a] 5 ἁμαρτοῦσαν M 6 ἔσκαπτον M 7 verborum connexus breviando turbatus neque iam restituendus. μανεισῶν Buttm. 7. 8. παρ. ὁ ΜελV[a] 8 πάντας] cf 10 πάσας V[a] πάντως Buttm. κατ' ἀξίαν M 9 τὸν om V[a] 13 μιᾶς V[a] μίαν ex μιᾶς in verbo ipso correctum (?) M. θέλοι V[a] 15 μειλ. V[a] 16 δὲ om M.

fr 24a (IV 638a) = sch. T ad *N* 663: l. Αὐγέου· τῷ δὲ γίνεται — ἐς Τροίην.

De luco Acmonio: fr 25 (= Herodian. I 32, 3 L) = sch Apln II 992; 373 Steph Byz s. v. Ἀκμονία ubique cum Holstenio et Keilio Ἀκμ. legendum est.

De Perseo:

fr 26 (1) = sch Apln IV 1091 v. 7 δεῖ om cod L, quod recte videtur se habere: cf. Wagner, Apollod. Epit. Vatic. p. 96 sq. et χρησθείη — ἀποθανεῖν Pherec. fr 60. Keil: αὐτὸν ἀπολεῖσθαι. — pro ἐπανελθὼν l. ἀναχωρήσας. — v 10 τῆς om cod L falso ut videtur. — v 18 cod L: τριέτης καὶ τετραέτης quod fortasse propter locos quosdam tenendum est. — v 21 pro κατάγει cod καταφέρει — cod L habet ἐπὶ τὸν ὑπὸ τὸ ἑρκίον Διός, ubi Sturz rectum vidit: scribendum puto ἐπὶ τὸν [ὑπὸ τὸ] Ἑρκείου Δ.

fr 26 (2) = sch Apln IV 1515 v 4 ἀδελφὸς om L, p 76a 17 cod: εἰπὼν πρῶτον παρὰ τοῦ Φόρκου; v 20 μὲν om L — 25 Περσεύς φησιν αὐτοὺς ἔχειν. 26 ἀποδείξωσι 27 κυνέην 28 et 31 κίβισιν 34 pro κατὰ: πρὸς p 76b 4 πῶς 8. 9 ἐν τῷ κατόπτρῳ τὴν om 10. 11 τῇ ἅρπῃ τὴν κεφαλὴν om 11. 19. 22 κίβισιν 13. 14 pro οὐχ ὁρῶσι . . . . . κυνῆν: καὶ αὐτὸν οὐχ ὁρῶσιν 17 pro ἰδόντες ἀπολ: ἐὰν ἴδωσιν λίθοι ἔμελλον ἔσεσθαι L 22 Ἑρμῆς ed pr, quod rectum videtur.

fr 26 (3) = sch Apln IV 1091 v 28 pro προστίθησι Φ. τοῦ l. φησὶν 29 καὶ τῶν habet L p 77a 18 οὐκ ἦν ἀλλὰ ἓν ἕκαστον L 24 τοῦ Ἄργους corruptum esse pro certo habeo, sed quomod verisimillime corrigendum sit, nescio qui discernam.

De Amphitryone contra Teleboas proficiscente et Herculis ortu:

fr 27 = sch λ 266: *Τηλεβόαι στρατεύσαντες ἐπὶ τοὺς Ἀργείους κτείνουσι τὸν Ἠλεκτρύωνος παῖδα περὶ θρεμμάτων ἀγωνιζόμενον. καὶ Ἀμφιτρύων ἀποκτείνας ἀκουσίως Ἠλεκτρύωνα φεύγει εἰς Θήβας. Ἀλκμήνη δὲ ἡ Ἠλεκτρύωνος οὐκ ἐβούλετο γαμηθῆναι πρὶν τίσαιτο τοὺς Τηλεβόας ὑπὲρ τῶν αὐτῆς ἀδελφῶν. ὑπισχνεῖται δὲ τοῦτο Ἀμφιτρύων καὶ αὐτὴν εἰς Θήβας μεταγαγὼν πορεύεται ἐπὶ Τηλεβόας. † ἐν ταύτῃ Ζεὺς τῇ νυκτὶ ἀφικνεῖται ἐπὶ τὴν Ἀμφιτρύωνος οἰκίαν ἔχων καρχήσιον ἐοικὼς Ἀμφιτρύωνι. ἡ δὲ Ἀλκμήνη δοκοῦσα † τὸν ἑαυτῆς † παστὸν εἶναι πυνθάνεται περὶ τῶν Τηλεβοῶν εἰ κατέκτεινεν αὐτούς. ὁ δὲ Ζεὺς λέγων αὐτῇ πάντα ὅσα ἐγένετο δίδωσι καὶ τὸ καρχήσιον φάμενος ἀριστεῖον εἰληφέναι παρὰ τῶν στρατιωτῶν. ἡ δὲ ἀσμένως ἀποτίθησιν. ἐπὶ ταύτῃ συνευνασθεὶς Ζεὺς ἀπέρχεται καὶ τῇ αὐτῇ παραγενόμενος νυκτὶ Ἀμφιτρύων μίσγεται. καὶ γεννᾷ Ἀλκμήνη ἐκ μὲν τοῦ Διὸς Ἡρακλέα, ἐκ δὲ Ἀμφ τρύωνος Ἰφικλέα. ἡ δὲ ἱστορία παρὰ Φερεκύδῃ.*

1 *ἐπὶ καρχησίους* M om $V^a$ 2 *τοὺς — παῖδας — ἀγωνιζομένους* Buttm. fortasse apud Pher. erat collectivum ex. gr. *γόνον* 4 *ἡ ἀλεκτρυῶν* M *η* om $V^a$ 4. 5 etiam hic genuina deleta? 5 *ὑπὲρ γὰρ* M fort *ὑπὲρ — ἀδελφῶν* glossema. 7 *ἐπὶ*] *εἰς* M. verborum connexus breviando turbatus neque iam restituendus. 8 *ἐοικῶσ* M *ἐοικὸς* $V^a$ em Sturz (non Struvius). 9 aut *αὐτὸν* aut ⟨*Ἀμφιτρύωνα*⟩ *τὸν* *ἀσπαστὸν* Sturz *ἐραστὴν* Buttm. utrumque parum verisimile. Tentavi *πόσιν* vel *τιμωρὸν* nihilo verisimilius. 11 *φώμεν* M *ἀριστεῖον* M $V^0$ *ἀριστεῖται* $V^a$ 12 *ἔπειτα αὐτῇ* Buttm. nonne *ἐπὶ τῷ αὐτῇ* cf Soph Ai 797 (?) 14 *τοῦ* om $V^a$ 15 *δὲ* inserui *ἡ — Φερεκύδῃ* om *X*.

fr 27 (2) (IV 638 a) = sch AB ad Ξ 323 legendum est *Ἀλκαίου ἠράσθη. — δεκαμηνιαῖον.*

fr 27 (4) Macrobius sat V 21 quia ex Athenaeo hausit nisi ut testis non afferendus erat.

De Leda: fr 29 = sch Apln I 146 inde a *ὅτι δὲ Γλαύκου* delenda sunt; nam pro *Ἀλθαίας* legendum est *Ἀλκμὰν* vel *Ἀλκμαίων*, ut Bergk Alcm fr 8 vidit. Antea *Θεστίῳ* legendum.

De Stheneli uxore: fr 31 = sch A ad *Τ* 116 pro *Ἀρτιβίαν* l. *Ἀντιβίαν*.

De avibus Stymphalidibus: fr 32 = sch Apln II 1052 quod ita ad errorem deducere potest melius scribendum

est: *Φερεκύδης δέ φησιν . . . ὄρνιθας εἶναι (τὰς Στυμφαλίδας) κτλ.*

De Hercule:

fr 33 = sch Apln IV 1396 ut ex Laur. elucet alteri libro tribuendum est (cf. fr 21), ideoque etiam fr 33a—33g. Singula ita legenda: 1 *ἐν δευτέρῳ* 3 *ἐν τῷ* — 4 *ἢ* del. 4 *φυλάττειν* — 6 *παντοίας* del. 7 *αἱ* del. 9 pro *ἂν εἴη* l. *ἕλῃ* 10—12 *μῆλα. καὶ λαβὼν αὐτὸν βίᾳ, πρῶτον μὲν μεταφορούμενοι εἰς ὕδωρ καὶ πῦρ, εἶτα ἐς τὴν παλαιὰν ὄψιν καταστάντα καὶ δηλώσαντα . . . φησίν.* p. 79a 4—5 *ἀφικόμενος δὲ εἰς Θήβας . . . ᾔει* (Wil; *ἧς* cod) *διὰ τῶν ὀρῶν* (*εἰς τὴν* cod Par) *ἔξω Λιβύην.* 6. *καθάρας* 8. *κειμένην λαβὼν εἰς πέρην* (Wil; *πέργην* cod) *διά τε τῆς γῆς καὶ τῆς θαλάσσης.* 11 *ἐξελθὼν* 12. 13 *αὐτὸν* deest in L. 18 *τοῦ* del. *ἔχειν.* 32 *ποιήσηται* 34 *χαίρειν* — *Ἄτλαντι* deest in L 36 post *ταῦτα* ex L hoc add. scilicet idem scholium breviatum, quod nos ita tantum adiuvat, quod de libri numero rectum nos docet: *οὕτως ὁ αὐτὸς Φερεκύδης ἐν β̄ ἱστορεῖ. ὅτι τῷ Διὶ γαμοῦντι Ἥραν δῶρα τὰ χρυσᾶ μῆλα ἐπὶ τῷ ὠκεανῷ ἀναδέδωκεν ἡ γῆ Φερεκύδης ἐν β̄ φησίν.*

fr 33a (2) = Eratosth catast 3 p 60 a Rob *ὑπὸ δὲ κτλ* verisimiliter delenda sunt. — Ceterum Hyginus astr II 3 p 33 Bunte et sch Germ Arat 30 p. 60 et 117 Breysig (ubi singula verba nunc rectius leguntur) post Roberti egregium opus tamquam testes afferendi sunt.

fr 33c = sch Germ Arat 366 p 174 Br. Primum non Germanici schol. Strozz exscribendum est, sed Hyg f 154, unde fluxit illud: cf Robert Erat p 210. 214, deinde verba 'et ideo eqs' delenda, denique non ad Herculem, sed ad Phaethontem fr. trahendum est. cf etiam Hesiodi fr 220 Rz.

fr 33d = sch Pind P 9, 183 pro *ἔνιοί φασιν* l. *σημειωτέον,* pro *ἀπὸ Ἡ* l. *ὑπὸ Ἡ.* (St² *ἀπὸ* typothetae errore!)

fr 33e = Et. M 679, 50 Tzetzes ad Lyc 663 tamquam testis afferendus erat [1]), sed ex eo *Πολεμὼν* in *Παλαίμων* mutandum erat, si omnino eo opus erat; nam ex verbis Et. ipsius elucet et nunc Et. apud Millerum mél. p. 249 confirmatur, quod exhibet: *Παλαίμων· ὁ Ἡρακλῆς διὰ τὸ παλαῖσαι αὐτὸν Ἀνταῖον*

1) Quae interposuit Tzetz. de magnitudine Antaei ex pleniore sch Pind. J 3, 87 manasse videtur, quod mox exscribit.

*Ἀχελῷον. Φερεκύδης οὖν λέγει . . . ἐγέννησε τὸν Παλαίμονα.* Hoc et sch Lyc 663 ducibus scribendum videtur: *Παλαίμων· ὁ Ἡρακλῆς διὰ τὸ παλαῖσαι αὐτὸν [Ἀνταῖον] Ἀχελῴῳ. Φερεκύδης δὲ λέγει ὅτι μετὰ τὸ παλαῖσαι αὐτὸν Ἀνταίῳ καὶ ἀποκτεῖναι συνῆλθε τῇ γυναικὶ αὐτοῦ Ἰφινόῃ καὶ ἐγέννησε τὸν Παλαίμονα*; nisi praeterea *Ἀνταῖον* a me inclusum ⟨*Διὶ ἢ*⟩ semovit.

fr 33f = Apuleius de orthogr § 2 omnino delendum erat, quod Apuleium impostorem esse a Madvigio iam anno 1829 demonstratum erat: cf. *opusc. acad.* p. 1—22.

fr. 33 g = sch Hes th 985 *ἀλλ'* delendum.

fr 33h (1) = Athen XI 470c ad expeditionem ad Hesperidum mala susceptam respicere Mueller falso putavit eumque secutus Schwartz ad sch Eur Hipp 742; nam ad Geryonem trahendum est. Scribendum videtur:

*Φερεκύδης δ' ἐν τῇ τρίτῃ τῶν Ἱστοριῶν προειπὼν περὶ τοῦ Ὠκεανοῦ ἐπιφέρει· ὁ δ' Ἡρακλῆς ἕλκεται ἐπ' αὐτὸν τὸ τόξον ὡς βαλῶν· καὶ ὁ Ἥλιος παύσασθαι κελεύει, ὁ δὲ δείσας παύεται· Ἥλιος δὲ ἀντὶ τούτου δίδωσιν αὐτῷ τὸ δέπας τὸ χρύσεον, ὃ αὐτὸν ἐφόρει σὺν ταῖς ἵπποις, ἐπὴν δύνῃ, διὰ τοῦ Ὠκεανοῦ τὴν νύκτα πρὸς ἑῴην, ἵν' ἀνίσχει [ὁ ἥλιος]. ἔπειτα πορεύεται Ἡρακλῆς ἐν τῷ δέπαι τούτῳ ἐς τὴν Ἐρύθειαν. καὶ ὅτι δὲ ἦν ἐν τῷ πελάγει, Ὠκεανὸς πειρώμενος αὐτοῦ κυμαίνει τὸ δέπας φανταζόμενος. ὁ δὲ τοξεύειν αὐτὸν μέλλει, καὶ αὐτὸν δείσας Ὠκεανὸς παύσασθαι κελεύει.*

2 *δὲ* B(ergk PLG III⁴ p 207 adn) 3 *βαλέων* B *δείσας* post *Ἥλιος* (prius) posuit B et Wil cf infra. 5 *ἔω ἢ νιν* cod: corr K(aibel). an *ἵνα*? 6 *ὁ ἥλιος* del K.

fr 33h (2) Macrobius (sat V 21, 19) ut in fr 27 Athenaeum exscripsit.

fr 33h (3) = Strab III 169 si Strabonis verbis Mueller addidisset *ἐν ᾗ τὰ περὶ Γηρυόνην μυθεύουσιν*, non nocuisset.

fr 34 (2) = sch *φ* 22 v 10 pro *τελευτήσαντι* M *τελέσαντι* 16 *ἡ δὲ* et *Φερεκύδει*. Ceterum fr 34 (1) = sch Soph Tr 354 cum hoc conciliari non posse, Schwartz (Fleck jahrb. suppl. XII p 447) et antea Wunder (ed Soph Trach p 38 adn) recte animadverterunt, et schol Hom fidem abrogandam esse Schwartz l. c. dixit et priorem quidem scholii partem ex enchiridio mythologico (cf Bethe *qu Diod myth* p 80 sqq) manasse in adn. ad sch Eur Hipp 545 significavit Wilamowitz (etiam

propter dicendi genus) finem inde a *λέγεται δὲ* (v 12 M) Pherecydis esse putat.

fr IV 638b = sch Luc Alex (IV p 139 Jacobitz) de Cercopibus post fr 34, non post 35 inserendum erat.

Hoc loco — nam quod dubitanter suppletum est, *ἐν ᾱ* vix rectum est — addendum videtur sch Alcman fr 23 B⁴ III 30: *Φερεκ⟨ύδης⟩ ἕνα* (an *ἐν ᾱ*?) *τ⟨ῶν⟩ Ἱπποκωντι⟨δῶν⟩ Ἀρήιτον* — — — *μει . . . . . . τουνκ'ωλεωντα δειτ̊ ἢ τ⟨ὸν⟩ Ἀρήιτον ὁ Ἀλκμ⟨ὰν⟩ Ἀρήιον.*

fr 36 (1) = sch *Λ* 709 inde ab *Ἡρακλῆς δὲ* demum Pherecydis est: cf infra.

fr 37 = sch Soph Tr arg II p 21 Dind. Scholion Sophocl. ex Apollodoro II 7, 5 (— II 7, 7, 12) fluxit ideoque ad emendationem Apollodori adhibendum erat, ut Hercher fecit Wagnero (*Epit Vat* p 36) frustra refragante.

fr 39 = Anton Lib 33 extremum verbum *Θήβησιν* est, nam Bastii lectio *θηβ . . . ν* (apud Westermannum) ab E Oder (*de Ant. Lib.* diss. Bonn. 1886 p 60) confirmatur.

De Cadmo:

fr 41 = sch Apln II 178 melius fortasse etiam sequentia exscripta essent: *ἐκ δὲ Κασσιεπείας τῆς Ἀράβου Φοίνικι γίνεται Κίλιξ καὶ Φινεὺς καὶ Δόρυκλος καὶ Ἄτυμνος ἐπίκλησιν· γίνεται δὲ ἐκ Διὸς Ἄτυμνος.*

Ante fr 44 inserendum est, ut Matthiae recte fecit ap. St² p XIX, sch Eur Phoen 662: *ὁ μὲν οὖν Ἑλλάνικος* (fr 9 M) *λίθῳ φησὶν ἀναιρεθῆναι τὸν δράκοντα* (a Cadmo), *ὁ δὲ Φερεκύδης ξίφει*: MTAB.

2 *φερεκράτης* MTB *φερεκράτης φησὶ* A: em Valckenaer.

De Baccho:

fr 46 (1) = Phot; Suid s v *Ὕης*; Et M 775, 4 *λέγεσθαι* Phot Suid *λέγει* EM. Cum Eratosthenis cat. fragmentum non servatum sit, hoc quidem loco melius est omnes, qui eum exscripserunt, componere, ut Mueller fecit, nisi sufficit sch *Σ* 486 tantum exhibere, quamquam hoc Roberti iudicio non ex catast., sed ex catalogis haustum est: cf Erat rel p 34. 42.

In schol Arat 172 propter fr 46 (1) *ἡ δὲ προςωνυμία κτἑ* delendum videtur, in sch *Σ* initium usque ad *καθίστανται*

delendum est, ceterum *Φαισύλη* (Robert), *τὸν Ἥρας φόβον, αὐτὰς καὶ Λυκοῦργος* scribendum est. — In Hyg astr II 21 p 62 B pro 'Thyene' Robert recte 'Dione' posuit. — In schol BP Germ. Arat 178 p 75 Br v 1 frons cum facie 2 dicit septem, quot et stellae sunt 3 vocantur. quarum nomina Phaesule (Kiessling) Ambrosia Coronis Eudora Polyxo Phaeo Dione (Robert) 4 fugerunt Thebas, subito, ne ab Iunone 5 Iovis 6 Hyadas 7 quas eqs delenda.

Addendum est sch Germ G p 136 Br 107 Rob: tauri quoque frons, quae suculae nominantur, a Pherecyde Atheniensi mammae fuisse dicuntur Liberi patris et vocatae Dodoniades sponsae.

Fabula mira de Pleiadibus in scholiis Strozzianis (de quibus Rob. p. 204 sq) tantum servata ex confusione cum Hyadibus orta videtur esse ideoque prorsus excludenda.

De Oedipode:

fr 47 = sch Soph OR 775 pro *ἀδελφειοῦ* Schneidewin probabiliter coni. *Ἀλφειοῦ*.

fr 48 = sch Eur Phoen 53 v 2 1 *τοὺς Οἰδίποδος παῖδας* 8 [*Ἰοκάστη*] *Ἀντιγόνη καὶ Ἰσμήνη* 10 *καλεῖται* 12 *γαμεῖ ὁ Οἰδίπους*.

De Tiresia:

fr 50 = Apld III 6, 7, 2, quae M. adnotat delenda sunt. Lacunam ab Heynio recte indicatam hoc fere modo supplere conatus sum: *θην Ἀᾷ ⟨λούσασθαι μετὰ τῆς θεᾶς ἐν τῷ . . . . ποταμῷ· καὶ αὐτὸν μὲν τὴν Ἀθηνᾶν⟩*.

Hoc loco inserendum est sch *κ* 493 T (II p. 782 Dind) quod non plane accurate apud Dind. impressum esse Hermannus Schrader benigne mecum communicavit. Ceterum id mihi dilucidum videtur, quattuor versuum fines excidisse, ut hoc modo scribendum putem:

*πηρωθῆναι δ᾽ αὐτὸν Φερεκύδης ⟨φησὶν⟩ ἰδόντα τὴν Ἀθηνᾶν λουομένην ἐν τῷ . . . . . . παρθένον ὑπάρχουσαν καὶ κορευθεῖσαν ὑπὸ Ἀπόλλωνος εἰς τὸ . . . . . . καίεσθαι μέλλειν ὑπὸ Εὐήρου του πατρὸς . . . . . . εἰς ἄνδρα μεταβαλέσθαι γνώμῃ τοῦ θεοῦ καὶ μίαν τὴν . . . . . . γενέσθαι κτλ.*

1 *φερεκυ* (δ' supra) . T (= lacuna duarum litterarum, in qua Schrader *φὴ* (cum lineolo) = *φησὶν* exstitisse putat. 2 *κορεσθεῖσαν* T 4 *μεταβαλοῦσα* T.

Praeterea elucet verba inde a v 3 Pherecydi non iam tribuenda esse.

De expeditione septem heroum contra Thebas suscepta:

fr 51 = sch T ad *E* 126 v 3. 4 *δὲ κτείναντα τὸν Μελάνιππον* 5 *ἐγκέφαλον ὑπὸ θυμοῦ* 6. 7 *φέρουσαν ἐξ οὐρανοῦ* T 9 scholia Genevensia: *ἡ ἱστορία παρὰ τοῖς κυκλικοῖς* cf Bethe *theb. heldenl.* p. 62. 76.

De Phrixo:

fr 53 Eratosthenes catast 19 p 124 Rob tantum exscribendus erat.

fr 54 = sch Apln II 1149 ad verba sch Apln II 1153 addenda sunt: *παρώνυμον* (*ἐπών.* ed. pr.) *δὲ αὐτῇ Χαλκιόπῃ καὶ Ἰοφῶσσα* (Keil; *ὀφιοῦσσα* L). Atque Hes s v *Ἰοφῶσσα* ex sch Apln hausisse videtur.

De Neleo:

fr 56 = sch *λ* 281 ita legendum censeo:

*Νηλεὺς ὁ Ποσειδῶνος καὶ Τυροῦς παῖς ἐξελασθεὶς ὑπὸ Πελίου τοῦ ἀδελφοῦ τῆς Ἰωλκοῦ ἀφίκετο εἰς Μεσήνην τὴν τῆς Πελοποννήσου. καὶ λαβὼν παρὰ ἐγχωρίων τὴν Πύλον κτίζει καὶ γαμεῖ Χλῶριν τὴν Ἀμφίονος τοῦ Ἰάσου καὶ Περσεφόνης τῆς Μινύου θυγατρός, βασιλεύει τε οὐ μόνον τῶν Πυλίων ἀλλὰ καὶ τῶν ἐν Μινυείῳ Ὀρχομενῷ καὶ γίνεται εὐδαιμονῶν. ἡ δὲ ἱστορία παρὰ Φερεκύδῃ.*

2 *τὴν* om V[a] 4 *Φερσεφόνης* V[a] *Μινώου θυγατρ* M *Μίου θυγατέρα* V[a] 5 *Μινυείω* om V[a] 6 *εὐδαιμόνων* V[a] *εἰδαιμονίων* M corr. Barnes. an *εὐδαιμονέων*? *δὲ* om M *Φερεκύδην* M *Φερεκύδα* V[a].

De Iasone:

fr 59 (1) = sch *μ* 69 v 1 *ἡ* om M. 3 *Κρηθέα τὸν Αἰόλου* M. 10 l *Χείρωνι*; de nomine Iasonis matris cf Bethe *quaest Diod* p 15 n 17.

fr 59 (2) = sch Apln I 45 L: *ὅτι δὲ μητρὸς ἦν Ἀλκιμέδης ὁ Ἰάσων, Φερεκύδης συμφωνεῖ Ἀπολλωνίῳ.*

De Argonautis:

post fr 60 inserendum est sch Apln III 1093, quod deest in ed. pr.: *πλεονάζει ἡ αι συλλαβή. ἔστι γὰρ Αἴης νῆσου. Αἶα δὲ μητρόπολις Κόλχων. νήσου δὲ μέμνηται ἐν τῷ Φάσιδι, ἐν ᾗ τὸ δέρας, ὥς φησι Φερεκύδης.*

fr 63 (1) = sch Apln I 23 inde ab *εἶναι* delendum est.
fr 63 (2) = sch τ 432 M habet v 1 *διόνος* ex *διώνησ* corr. 5 *αὐτὸ* (*αὐτῷ* V[a]) 7 *παρθένων στῆσαι* 8 *ἐκ δὲ* 9 p 88, 1 *ταύτην παρὰ τοῦ πατρὸς τέχνην* 3 *θέλεις* pro *ὥστε*: *ὅθεν* 4 *φερεκύδει* (*η* alio atramento (?) superscr.) *ἡ δὲ ἱστορία κτλ* om X. — *τῷ Ἑρμῇ* ante *καὶ* (v 3) iam Barnes addidit.

Proclus *π. Ὁμ.* = Westerm. *βιογρ.* p 25, 17. Homeri genealogiam propter Orpheum cum Philammone — nam de Orpheo Pherecydes nihil in Argonautarum expeditione dixerat — coniungendam esse, vix quisquam Muellero (IV 639 a) credat.
fr 64 = sch Apln I 45 L: *οὔτε Ὅμηρος οὔτε Ἡσίοδος οὔτε Φερεκύδης λέγουσι τὸν Ἴφικλον σὺν τοῖς Ἀργοναύταις.*
fr 65 = sch Apln I 152 inde a *Πείσανδρος* delendum.
fr 66 = sch Apln I 645 Ottonis Kern (de Orphei Epimenidis Pherecydis theogoniis, Berol. 1888 p 89. 106) iudicio delendum est, quippe quod Syrii sit.
fr 67 = sch Apln I 1289 et Apld I 9, 19, 3 non duo eiusdem rei testimonia sunt, sed utrumque ex uno fonte fluxit [1].
fr 69: Gomperzii arbritrio addendum est fr ap. Philod *περὶ εὐσ* p 18 G, nisi verisimilius est, Pherecydem illius rei testem allatum esse, quae antecessit: *γέγρα⟩φεν. ὁ* . . . . . . . . . .
*ποήσα⟨ς καὶ Φερεκύ⟩δης ὁ Ἀ⟨θηναῖος. Αἰσ⟩χύλος δ'* . . . . . . . .
*καὶ Εἴβυ⟨κος καὶ Τε⟩λέστης* . . . . . . . *τὰς ἁρπ⟨υίας* . . . . . .
fr 70 = sch Apln I 139 *ἀναιρεῖται* eqs del.
fr 74 (1) et (2) = sch Eur Med argum et sch Arph eq 1318 utrumque ex communi fonte fluxisse in propatulo est.

De Melampode:
fr 75 = sch λ 287 v 6 1 *Ἀμυθάονος* (*ἀμυθώου* M) 9 *Ὄθρυν* (falso accentu M V° Dind p LVIII) 12 *παραζευγνυμένων* M 16 *ὕπερθε* M 19 *λαμβανομένους* habet M 26 *τὰς βοῦς* om M. 30 *αἰγυπτιοῦ* ubique M 32 *γένοιτο* M (ortum ex *γενοίατο*?) 32 *νομίζουσι* M 33 *τῆς* (sic etiam V[a] V°) *ἀπαιδίας καὶ τῆς σπορᾶς* M p. 90, 1 *διῶξαι* habent M V° 6 *παῖδα* M 7 *τῇ ἀχέρδῳ* M 9 *γεννῆσαι γὰρ* M V° 12 *ἃς λαβὼν εἰς Πύλον δίδωσι Νηλεῖ ἕδνα τῆς Πηροῦς καὶ λαμβάνει* M V° 14 *Περιάλλης* M 15. 16 *ἐν τῇ ἑβδόμῃ* om M *ἡ δὲ ἱστορία κτλ* om X.

1) Scilicet Apollodorus ex compendio mythographico hausit, compendii auctor et Theo ex Lysimacho vel auctore plane gemino, si Radtkium (de Lys. Alex. p 106) sequimur.

De Aesculapio:

fr 76 = sch Eur Alc 1 libro octavo assignandum est, quod ex uno codice Muell. scit in addendis, cf supra p 1 et 6 ad fr 8. ceterum *τοὺς Βρόντεω* Cobet. pro *ἀνέστησε* lege *ἀνίστη*.

De Cephalo et Procide:

fr 77 = sch λ 321 v 2. 3 *Θοραιέων* Wil (Herm XVIII 425) 4 *λέγεται* (sic etiam V[a]) *εἰς ἀλλοδαπὴν ἀποδημῆσαι* M 5 *ἐπὶ νυμφῶν* M *ἐπὶ νυμφῶν* V[a] 6 *ἔρχεται* M V[a] V[0] (dico propter adnot. Dindorfii) 7 *Πρόκνην* (quater) M *τοῦτον* M 8 *ἐποφθαλμίσασα* Rabe in M legere nequit 15 *ἐπὶ* habent MV[a] Eustath. 16 *νεφέλα* MV[a]. In fine Wil l. c. mutare vult.

De Sisypho:

fr 78 = sch Z 153 v 7 *καρτεροῖς ἀποδεσμεῖ* 8 *συνέβαινεν* 9 sq. *ἕως λύει τὸν Θάνατον ὁ Ἄρης καὶ αὐτῷ τὸν Σίσυφον παραδίδωσιν· πρὶν* 12 *μὴ* iam Bekker 15 lacuna fortasse rectius ante *οὐκέτι* ponenda erat, nisi corruptela in *πρὶν ἢ ἀποθανόντα* (ex v 10 orto) latet 17 *ἐν Ἅιδου* cod Par 2767 ap Cram Anecd Par III 217.

De Maera et Locro:

fr 79 = sch λ 326 4 *τ[ς] παρθενιασ* (ex *-αν* factum) M 5 *τῇ κυνηγεσίᾳ* M (v 10 recte).

De Areithoo et Lycurgo:

fr 87 (1) = sch *H* 8 v 1 *Βοιώτιος* 2 *εἰς τὴν* 3 *τις Βοιωτοῖς* (*τοῖς αὐτοῦ* D) *πολίταις καὶ τοῖς Ἀρκάσι περὶ γῆς ὅρων* A *τις δεῦρο τοῖς Βοιωτίοις πολίταις κτλ* cod Par 2556 (Cram Anecd III 171) *ἀψιμαχία τοῖς βεβρότων Βοιωτῶν* cod Par 2679 (Cram Anecd III 10). Quid restituendnm sit nescio. Sed *πολίταις* apud *Βοιωτοῖς* supervacaneum videtur, ergo additamentum desideramus, ut *αὐτοῦ*. *βεβρότων* ex *δεῦρο τῶν* ortum videtur. 6 *Ἀρκάσι* A 7 *ποιήσας, ἔσεισε* (est Crameri coniectura l c III 10) *τὴν πολλὴν τοῦ Ἀρηιθόου φάλαγγα, ἀνεῖλε τε* (*δὲ* cod P 2679) *αὐτὸν καὶ ὑπολαβὼν τὴν λείαν ἔτι καὶ πρὸς ἄμυναν* (non intellego) *παντευχίαν μετὰ καὶ* (deest cod P 2679) *τῆς κορύνης*.

De Penelopa:

fr 90 = sch ο 16. 3 *Τελέστορος* M 5 *πάντων* MV[a] 9 *ὑπερβάλλειν κάλλει* M *ὑπερβάλλει* V[a] *παρὰ Φιλοστέφανον καὶ Φερεκύδην* M *καὶ Φερεκύδῃ* om Vind 133 et 56 (teste Schradero).

De Theoclymene:

fr 91 = sch ο 223 *Πολυφείδης ὁ Μαντίου* † *Σαριοῦσαν γήμας*

*Αἴχμην τὴν Αἵμονος ἐν Ἐλευσῖνι ᾤκει. γίνονται δὲ αὐτῷ παῖδες Ἁρμονίδης καὶ Θεοκλύμενος, ὃς κτείνας ἐμφύλιον ἄνδρα φεύγει εἰς τὴν Πύλον. συντυχὼν δὲ θύοντι Τηλεμάχῳ δεῖται αὐτοῦ σῶσαι αὐτὸν* [*εἰς τὴν Ἰθάκην*], *ὁ δὲ αἰδεσθεὶς τὴν τοῦ ἀνδρὸς φυγὴν καὶ κατελεήσας τὸν ὁμήλικα σὺν ἑαυτῷ τοῦτον ἄγεται εἰς τὴν Ἰθάκην. εἰπόντα δὲ αὐτὸν τὰ περὶ τοῦ πατρὸς καὶ ἀληθεύσαντα τῇ μαντείᾳ πολὺ μᾶλλον ἐτίμησεν. ὅθεν καὶ Θεοκλύμενος φιλοφρονούμενος ὑπὸ τῶν περὶ Ὀδυσσέα δεῦρο τὸν βίον καταστρέφει. ἡ δὲ ἱστορία παρὰ Φερεκύδῃ.*

1 *μαντείου* V[a] *μάντις* Q (?) *σαριοῦ . . . σαν* V[o] Dind p LXIII: nomen matris Polyphidis desiderari videtur. 2 *αἴχμηι* — *ᾤκει* om QV[a] 2 *αἵμου* M *δὲ* om QV[a] 4 *τυχὼν* M 5 *αὐτὸν* om Q: Dind p 792 *εἰς τ. Ἰ.* delevi. 7 *πατρὸς ἀληθῆ μαντεία* (*μαντία* V[o]) V[a] *ἀληθεύσαντος* M: mutavi 9 *παρὰ τὸν* Q *περὶ τὸν* V[a] *δὲ* om Q (?).

Hoc loco fortasse inserendum est, si omnino Crameri coniectura recte stat, sch *μ* 257: *οἱ ἀπολόμενοι* (*ἀπολλύμενοι* X) *ὑπὸ τῆς Σκύλλης Στήσιος* (*στίσιος* X) *Ὀρμένιος Ἄγχιμος Ὄρνυτος Σίνωπος* (Dind ex Eustathio; *οἴνωπος* X *οἰνωπὸς* H) *Ἀμφίνομος* (*ἀμφίομος* apud Cram anecd Par III p 480, *ἀμφιόμενος* X): *οὕτως Φερεκύδης* (Cram; *Φερεκράτης* HX).

De Pelope:

fr 93 (1) = sch Eur Or 11 post Schwartzium scr: *ἐξ Εὐρυθεμίστης τῆς Ξάνθου· ἢ Κλυτίας τῆς Ἀμφιδάμαντος, ὡς ἱστορεῖ Φερεκύδης ἐν ῑ* (sc. Tantalus Pelopem sustulit).

fr 93 (2) = sch Apln I 752 sec cod Laur libro octavo tribuendum est, qua in re nunc quidem nihil mutandum est, cum etiam de Nioba in eo libro dictum erat, ubi Mueller mutare vult (IV 639 b): sch *Ω* 617 (IV 639 b). Ceterum schol plane aliter in Laur legitur: *Φερεκύδης δὲ ἐν η̄ φησίν, ὅτι οὐκ ἐνέθηκεν ἐν τῷ ἄξονι τὸν ἔμβολον, καὶ οὕτως ἐκκυλισθέντος τοῦ τροχοῦ ἐκπεσεῖν τὸν Οἰνόμαον. αἱ δὲ τοῦ Οἰνομάου ἵπποι Ψύλλα καὶ Ἅρπιννα. ὁ δὲ Μυρτίλος Ἑρμοῦ υἱὸς ἐκ μιᾶς τῶν Δαναοῦ θυγατρῶν Φαεθούσης· οἱ δὲ ἐκ Κλυμένης, οἱ δὲ ἐκ Μυρτοῦς, μιᾶς τῶν Ἀμαζόνων.* Quid inde ab *αἱ δὲ* Pherecydis sit, incertum.

fr 93 (3) = sch Soph El 504 *Φερεκύδης φησί. Πέλοψ κτλ.*

fr 93 (4) = sch Eur Or 995 add *ἀλλ' Ἀρτέμιδος.*

de fr 93 (5) = sch *δ* 22 quoad nondum de omnibus codicibus

constet, nihil certi dici potest. M habet: *Φερεκύδης δὲ ἱστορεῖ οὕτως· Ἀργεῖος ὁ Πέλοπος ἔρχεται περὶ τὸν μύκλαν εἰς Ἀμύκλας καὶ γαμεῖ τοῦ μυκλ^α θυγατέρα Ἡγησάνδραν· ἐκ τούτου δὲ γίνεται Ἀλέκτωρ. ἔστι γὰρ ἀδελφὸς* (compend.) *τούτου καὶ βοηθὸς Ἐτεωτεύς.* hoc ad maximum Pherecydis est.

De Paride:

Hoc loco inserendum sit sch Lyc 101: *εἰ γὰρ γράψομεν εἰναφώσσωνα, ἔσται, ὥς φησι Φερεκύδης, ὅτι μετὰ ε̄* (an θ̄?) *νεῶν*[1]) *ἔπλευσεν ὁ Ἀλέξανδρος.*

De Anio:

fr 94 = Tzetz Lyc 570 et Phavor s v *Ῥοιώ* uterque locus interimendus est atque eorum loco ponendum sch. Lyc. v 2 *ὁ Ἄνιος ἔπειθε* 3 *τῷ δεκάτῳ δ' ἔτει πορθήσειν τὸ Ἴλιον. δεδόσθαι δὲ τοῦτο παρὰ τοῦ θεοῦ* (huc (aut post *τραφήσεσθαι*) transponit verba G. Wentzel *Philol* LI (1892) p 46) *ὑπέσχετο δὲ αὐτοὺς* 8. 9 *τραφήσεσθαι. ἔστι δὲ τοῦτο καὶ παρὰ τοῖς τὰ Κύπρια πεποιηκόσι· μέμνηται δὲ καὶ Καλλίμαχος τῶν Ἀνίου θυγατέρων ἐν τοῖς Αἰτίοις.*

De Calchante et Mopso:

fr 95 = Strab XIV 643 *καὶ ἐρωτῆσαι* non invenio in Str.

De Neoptolemo Oreste Hermiona:

fr 98 = sch Eur Or 1655 v 2 *χρώμενον* 3 *ἀναιρεθῆναι, γράφων οὕτως* 3. 4 *Μενέλεω, κατέρχεται* Schwartz 5 *καὶ ὡς ὁρᾷ* p 95, 2 *αὐτὸν κατορύσσει.*

Hoc schol. secutus Schwartz Pherecydis nomen restituit etiam sch Eur Andr 53: ⟨*Φερεκύδης*⟩ *ὑπὸ Μαχαιρέως* [*ὑπὲρ μαχαίρας* cod] *φησὶ τὸν Νεοπτόλεμον ἀνῃρῆσθαι* [*ἀναιρεῖσθαι* cod].

Hoc loco inserendum est etiam schol ad Euripidis (Or 1653) verba: *ἐφ' ἧς δ' ἔχεις, Ὀρέστα, φάσγανον δέρῃ, γῆμαι πέπρωταί σ' Ἑρμιόνην· ὃς δ' οἴεται Νεοπτόλεμος γαμεῖν νιν, οὐ γαμεῖ ποτε.* sch M B[1]: *Ὀρέστου καὶ Ἑρμιόνης Τισαμενός, Πυλάδου καὶ Ἠλέκτρας Στρόφιος καὶ Μέδων.* M[1] T A: *παρὰ Φερεκύδους τοῦτο ἔλαβεν ὁ Εὐριπίδης * * ἐπεὶ Νεοπτολέμῳ αὐτὴν συνῴκισε καὶ ἀπέθανε * * τῶν δὲ γίνεται* (Schwartz) *Τισαμενός.*

fr 98a (IV 639a) = sch Eur Andr 1240 *διέψευσται.* Sed verba *ὅτι δὲ νεκρὸς — διέψευσται*, quod ad Euripidem spectant, omittenda erant.

---

1) μετὰ ἐννέα νεῶν scribit etiam Radtke de Lys. Alex. p 85.

De Hecuba:

fr 99 = sch Eur Hec 3 et Tzetz exeg in Π p 38, 11 Herm. Quid de Tzetza hoc loco iudicandum sit nescio, cum et sch Eur et sch Lyc 18 et Apld III 12, 5 ab eo compilatum esse vix credam. Neque de sch Eur constat; traditum enim est: *Φερεκύδης γράφει οὕτως· Πρίαμος δὲ ὁ Λαομέδοντος γαμεῖ Ἑκάβην τὴν Δύμαντος τοῦ Ἠιονέως τοῦ Πρωτέως ἢ Σαγγαρίου τοῦ ποταμοῦ καὶ νηίδος νύμφης Εὐαγόρας*[1]. Schwartz propter Apld putat *ἢ — ποταμοῦ* aut interpolata aut falso inserta esse. Sed fortasse iam in *Πρωτέως* haerendum est. Nam primum, quantum animadverti, mirum est etiam proavum afferri, deinde Tzetz. eum omittit. Fortasse igitur conicere liceat tertium Hecubae patris nomen excidisse, quod secundum fontes nostros nullum aliud esse possit nisi Cissei. Scribendum igitur esset hoc fere: *Ἠιονέως· ⟨οἱ δὲ Κισσέως⟩ τοῦ Πρωτέως, ἢ Σαγγαρίου*. Tum *καὶ νηίδος — Εὐαγόρας* non ad Pherecydem spectaret. Atque similitudinem inter *Εὐαγόραν* et *Εὐθόην* (nam sic pro *Εὐν.* (ap M. IV 639 a) habet cod T) non tantam esse, ut hic Pherecydem latere dicendum sit, est concedendum. Sed primum ab Apollodoro hoc discrepat, qui Metopam Sangarii uxorem matremque Hecubae inducit, deinde Cissei patrem non novimus. Itaque abstineo.

De Dio, Priami filio:

fr 100 = Eustath ad Ω 251 p 1348, 18. Pro Eustath ponendum est sch T ad Ω 251: *Φερεκύδης τὸν Δῖον νόθον υἱὸν Πριάμου φησίν· ἔστιν οὖν τὸ ἀγανόν ἐπίθετον.* Hoc ex Aristonico-Aristarcho fluxisse, docet sch A: *καὶ ὅτι ἄδηλον πότερόν ἐστι τὸ κύριον ὁ Δῖος ἢ ὁ Ἀγανός.*

De Palladio:

fr 101 = sch Aristid p 103 Frommel (320 Dind); Et M 649, 49; Tzetz ad Lyc 355. Neque verba adhuc restitui possunt neque quid Pherecydis sit diiudicari. Tzetz. uti semper quasi testis afferendus erat.

De Zetho et Amphione:

fr 102 = sch τ 518 1 *Ἀντιόπῃ τῇ* M V° (Dind p XXVII) 2 *γίνονται* M *γίγνονται* V[a] 3. 4 *κοῦροι Διὸς* M *λευκόπωλοι* M V[a] 7 *δοκοῦσα Ἀμαλέα* M. 9 *ὅτι αὐτῇ* M *ὅπ' αὐτῇ* V[a]. Pro v 25 in Dind. adnot. scrib. 24; nam hoc *ταύτῃ* (v 25) habent M V[a]. —

---

1) Εὐρυθόης Kaibel suspicatur ap Radtkium de Lys. Alex. p 84 n 2.

Simul nomine Amalei dicto verisimile est, etiam in ceteris ad hunc versum scholiis Pherecydem latitare.

fr 102a (1) = sch λ 264 habet M sic: ἐπεὶ οὔ μιν ἀπύργωτόν γε δύναντο] διὰ τί οὐκ ἠδύναντο κατοικεῖν ἀπυργώτου οὔσης; διὰ τὸ πλησιόχωρα εἶναι ἔθνη πολλά, δηλονότι τοὺς Φλεγύας. μετὰ γὰρ τὴν αὐτῶν τελευτὴν Εὐρύμαχος ἠρήμωσε τὰς Θήβας, ὥς φησι Φερεκύδης ἐν τῇ δεκάτῃ.

2 γε δύναντο — 3 δηλονότι om $V^a$ 3 διὰ τοὺς $V^a$ γὰρ] δὲ $V^a$ 4 τελ. αὐτ. $V^a$ ἤρμωσε $V^a$.

fr 102a (2) = sch Apln I 735 τῆς οἰκοδομῆς om L. Ceterum βασ. Κάδμῳ non est interpolatum, sed scholium ita contractum, ut nunc quod perversum est legamus.

Addendum est (vel potius ex scholiis comparandis quid Pherecydis sit enucleandum) sch T ad *N* 302: . . . . καὶ Φερεκύδης δὲ ἱστορεῖ περὶ τῶν Φλεγυῶν· καὶ γὰρ αὐτὰς τὰς Θήβας ὑπ' Ἀμφίονος καὶ Ζήθου διὰ τοῦτο τετειχίσθαι, διὰ τὸ δέος τῶν Φλεγύων· μετὰ δὲ ταῦτα τὰς Θήβας ὑπ' αὐτῶν αἱρεθῆναι Εὐρυμάχου βασιλεύοντος καὶ ἔρημον γενέσθαι τὴν πόλιν μέχρι τῆς Κάδμου ἀφίξεως.

3. 4 διὰ — Φλεγύων om Maass. Sane aut hoc aut διὰ τοῦτο supervacaneum est, sed num interpolatum sit, incertum. Certe quod M. seclusit tuetur Eustath p 933, 12.

De Gortyne vel Gyrtone cf Wil Isyll 55.

fr 102a (4) = sch Apln I 740 L: τὴν δὲ λύραν δοθῆναι Ἀμφίονι ὑπὸ Μουσῶν φησι (Armenidas) . . . . . καὶ Φερεκύδης δὲ ἐν τῇ δεκάτῃ ἱστορίᾳ (ἱστορεῖ Keil) ὑπὸ Μουσῶν.

De Theseo:

fr 106 = sch λ 322 v 4 διατεθεῖσα πρὸς αὐτὸν M 5 μίτον MV$^0$ (Dind p LIX) 9 ἀφίκηται 10 αὐτὸν habent $MV^a$ 14 τὰς παρθένους M 14. 15 φθάσαντ M p 97, 5 γενήσεσθαι M 8 αὐτὴν φασὶν M.

I p 99 = Et M 202, 55. De fragmento, quo de Βοηδρομιὼν agitur, melius, ut videtur, Mueller ipse dicit p XXXVI adn 3.

Fragmenta de ionica dialecto IV 639b et 627b Pherecydi Syrio danda esse recte O Kern dicit l c p 90.

Incertum est, ubinam inserenda sint fragmenta haecce: Philod περὶ εὐσ. p 36 G: ἀ(λλ)ὰ ⟨δ⟩(ὲ) καὶ νοσοῦντα πεποι⟨ή⟩κασι τ⟨ὸν⟩ Ἡρακλέ⟨α κ⟩αὶ τὴν ⟨Λητ⟩ὼ ⟨κατ⟩ὰ τὰς . . . . . . ⟨κ⟩ ἄνακ⟨τα θε⟩ῶ⟨ν δ⟩εινὸν ⟨εἶν⟩αι τὸν Δία τὸν ⟨δ' Ἡ⟩ρα(κλ)έα καὶ μα⟨λ'⟩

*ἀκατά⟨σ⟩χετον, ⟨ὡς⟩ Σοφοκλῆς ⟨καὶ Ε⟩ὐριπίδης, κ⟨αὶ τὸ⟩ν Διόνυσον, ὡ⟨ς Ἀχ⟩αιὸς ἐν Ε⟨ἴ⟩ριδει σατ⟨ύρ⟩οις καὶ ⟨Φερ⟩εκ⟨ύδης ὁ⟩ Ἀθη⟨ναῖ⟩ος κα⟨ὶ τ⟩οῖς θε⟨οῖς* . . . . . .

Philod *περὶ εὐσ.* p 43 G: *Ὅμηρ⟨ος μὲν⟩ γὰρ οὐ μόνο⟨ν τοὺς⟩ ὀνε⟨ίρ⟩ους (ἀ)γ⟨γέλους⟩ τῶν ⟨θ⟩εῶν ἀ⟨λλὰ καὶ⟩ τὸν Ερμῆ Δ⟨ιὸς ἄγ⟩γελόν φησιν εἶναι καὶ τὴν Ἶριν, ἔνιοι δὲ τα⟨ύτ⟩ην καὶ τῆς Ἥρας, Ἀκουσίλαος δὲ καὶ θεῶν πάντων, Φερεκύδης δ' ὁ Ἀθηναῖος καὶ τὸν Ἑρμῆ.*

Philod *π. εὐσ.* p 63 G: *⟨Φερε⟩κύδης* . . . . . . . *Σιμμίας δ' ⟨ὁ⟩* . . . . . . *αὐτὴν Ἑστί⟨αν* . . . .

Denique Schwartz coniectura Pherecydi fragmentum tribuit, quae quibus argumentis nitatur nondum video: sch Eur Or 1233: (Pylades Agamemnoni cognatus est) *παρόσον ὁ Στρόφιος Αναξιβίαν [Κυδραγόρας] ἔγημε, τὴν Ἀγαμέμνονος ἀδελφήν, ἐξ ἧς ἐγένετο Πυλάδης, ὡς Φερεκύδης* (sic Schw; *φησὶ Κράτης* codd).

---

# De Pherecydis dialecto Ionica.

De Pherecydis elocutione ex serioris temporis scriptoribus, quibus fragmenta debentur, satis certa elicere perdifficile, quod propter res ab eo narratas affertur neque forma dicendi ab illis curatur. Propter verbum enim semel omnino affertur, ab Herodiano ap Choerob Bekk Anecd 1196 = fr 119 M (Hdn. II 705, 32 L) qui *βόα* a Pherecyde dictum esse adnotat. Nam cetera fragmenta ab Herodiano servata huc vix trahenda sunt. Tamen nonnulla exquirere licet. Atque proficiscendum est ab illis quattuor fragmentis, quae genuinam formam etiamnunc exhibere videntur. Atque recte omnes homines docti ex his effecerunt, Pherecydis opus Ionica dialecto conscriptum fuisse. Sunt autem haecce:

I fr 44 ap sch Apln III 1179, ubi haec verba aut Ionica sunt aut esse possunt (nam etiam ea vocabula commemorabo, quae antiquius dicendi genus redolent quam eius auctoris, qui fragmentum exhibet):

***Θήβησιν*** *G Meyer, griech. grammat.* § 377. — ***διδοῖ*** *Veitch, Greek verbs irregular and defective* p 186; *Bechtel, die inschriften des ion. dial.* in *abh. der Kgl. ges. der wiss. zu Göttingen* XXXIV p 12; n 100, 8; n 221, 13; 18, 21 et 33. — ***Ἀθηναίη*** *Bechtel* n 41; 51; 64; 72, 11; 142; 170; 173: quamquam cf *Meisterhans gramm. d. att. inschr.* § 14, 2; 46, 19. *Wil. hom. unt.* 314 *Rutherford the new Phryn.* 112. — ***ὄφιος*** *Meyer* § 338. *Bechtel* n 63; 72, 12. *Bredow quaest. crit. de dial. Herod.* 267. — ***ἄρουραν*** (si non Ionicum est, at poeticum videtur) *Rutherford* 14. *Bredow* 132. — ***λίθοισιν*** *Meyer* § 375 *Meisterh.* § 47, 7. — ***δοκέοντες*** — ***ὑφ' ἑαυτῶν*** fere i. q. ***ὑπ' ἀλλήλων***. Hoc serius

videtur, sed habet etiam Hdt III 49 VI 138 cf *Kühner, griech. gramm.* II² p 497. *Matthiae ausf. griech. gramm.* 1088. De forma ἑαυτῶν ionismo non refragante cf *Bechtel* n 113; 123; 127; 129 et ad 144. — κρατέουσιν.

II fr 60 ap sch Pind P 4, 133 cf *Wil Her* I 176 n 109 Ἰήσων (ter). — ἀσάμβαλος cf Eumelos fr 1 B⁴ Sappho fr 98 B Hippon 18 B Diotimos Anth P VI 267 [1]) Nonn 32, 256. — ἐπιλήθεται *Veitch* 412. — μαντήιον *Bredow* 182 *Bechtel* n 18, 33 et 36; 54; 103. *Krüger gr. gramm.* II 1, p 4 adn 3. — κῶας Hom saepe. Deinde de vellere aureo Argonautarum Hes fr 1 Rz (?) Pind. P 4, 231 Mimnermos fr 11 B Hdt VII 193 Apln I 4 et saepe, Theocr 13, 16. — Αἰήτεω — Ἥρη. — νόον. — Refragari videatur ἀροτρεύω, quod secundum Dindorfium (ap Steph thes) serioris temporis est ideoque ab eo hic scholiastae attribuitur. Sed omnino inveni verbum apud Lycophr. et Nicandr., qui certo antiquos auctores in vocabulis sequuntur. Eiusdem generis est ὑποδεῖται πόδα, quod plane eodem modo apud Luc et in Nov Test inveni, sed similiter quidem usurpavit Thuc III 22. Dubium etiam est ποιοίη cf *Buttm* I 491 *Matth* 442 *Meyer* § 141; sed ποιοίη est apud Hdt VI 35: *Meyer* § 587. Si haec omnia etiam Ionicae dialecti esse demonstrari posset, fortasse scribendum esset ὑστεραίῃ et ἐς (sed cf *Bechtel* p 12 sup et *Meisterh* p 174) et τευ pro του, quod Atticum esse dicitur (cf *Matth* 360 adn 1 *Meisterh* § 59, 14).

III fr 33 h ap Athen p 470c. δέπας poet. videtur. — χρύσεον *Rutherf* 287 *Bechtel* ex gr 129 — ἐπὴν *Bechtel* n 43, 17 et 23; 174c 10; p 12. — ἑῴην (certa coniectura). — etiam βαλῶν, pro quo Bergk βαλέων scribere voluit: cf *Meyer* § 535.

IV fr 85 ap Dion Hal I 13 Δηιανείρης. — γίνεται. — Νηίδα. — καλέονται (bis). — Ἰταλίῃ. — οἰκέοντες.

Tum videndum est, quibus aliis locis Ionicae dialecti vestigia servata sint. Atque primum cetera frustula inspicienda sunt, ubi Pherecydis ipsius verba afferuntur vel afferri videntur. Sed nisi in hisce mihi ionismos non detexisse videor [2]):

1) Nonne legit σάμβαλα κοῦφα in Hom h 3, 83?

2) Qua in re ea verba, quae etiam dialecti κοινῆς propria sunt, nihil igitur pro nostra causa demonstrant (ut γίνομαι), omisi.

fr 8. 76 ap sch Eur Alc 1: cf. *Will Isyll* 65. Βρόντεω — Στερόπεω — Ἄργεω — Πυθῶνι cf *Pape-Benseler* s v fr 22 sch Eur Phoen 1116 Ἐρευθαλίη. — Ἥρη. — ἰνίῳ (?) *E* 73 *Ξ* 495 Theocr. 25, 64 Euphorion fr 38 Mein. Aristot et Medic. Plut. — ἐφιστᾷ (sic Schwartz) (?) *Veitch* 338 *Matth* 482 *Buttm* I 506.

fr 24 IV 638a sch *N* 663 ἐς — Τροίην.

fr 36a IV 638b sch *Ψ* 296: Κλεωνῇσι.

fr 40 sch Apln III 1186: Ἰσαίη — ἴσχει (?) *Veitch* 343 (sed etiam ser. est: casu inveni sch λ 269 ξ 533 ρ 208) — ἔπειτεν (coniect.) — sed Μελία.

fr 48 sch Eur Phoen 53. Quamquam γίνονται tantum invenio, quod etiam κοινῆς esse potest, tamen nihil ionismo obstrepat (neque Μινυῶν). Contra dicit *Bethe theb. heldenl.* 23.

fr 55 sch Pind P 4, 221: Ὑπερείη.

fr 105e IV 639b sch *Ω* 617 ἄχεος (etiam vocabulum priscum cf *Rutherf* 166).

Sed cetera fragmenta, quibus Pherecydis ipsius verba afferri videntur, nulla vestigia exhibent. Nam aut nimis parva sunt neque tum ab ionismo abhorrent aut genuina vocabula vel formae atticis serioribusve loco mota sunt. Cuius generis haec sunt: fr 16 sch Pind N 4, 81. fr 20 Marcellin: γίγνεται. fr 34 sch Soph Tr 354: Οἰχαλίαν. fr 93 sch Apln I 752 et sch Soph El 504 et sch δ 22. fr 99 IV 639a sch Eur Hec 3. fr 105 sch Soph OC 472. Huc etiam vocandum est fr 88 sch Apln I 102 (ἄκρα), si omnino Pherecydes ad verbum videtur afferri.

Si quis denique etiam in ceteris fragmentis genuina invenire vult, praecipue etiam in singulis vocabulis, ne nimium videat cavendum est. Itaque non superfluum esse videtur primum viam ac rationem accurate examinare. Primum enim eius auctoris dicendi genus respiciendum est, qui fragmentum servat. Nam primo obtutu facile ionismi detegentur, sed accuratius meditantibus, quod serioris temporis plerique scriptores sunt, etiam in κοινῇ, quam vocamus, illa inveniri apparebit, in quam multos ionismos se insinuasse constat. Huius generis sunt χρύσεος, γίνομαι, ἄρσην, μίσγομαι et quae sunt similia. Itaque nisi in fragmento haec exstant, quod ceteroquin genuina servavit, vix ullius momenti sunt.

Sed non solum elocutio scriptoris consideranda est, sed etiam rerum connexus, quo saepe forma dicendi efficitur. Ut exempla afferam: fr 63 = sch Apln I 23: *Φερεκύδης . . . . Φιλάμμωνά φησι καὶ οὐκ Ὀρφέα συμπεπλευκέναι* Pherecydes Orpheum vix expresse exclusit; fr 73 = sch Apln IV 223 fragmenti verba eo efficiuntur, quod Pherec. narratio Apollonianae opponitur. Eiusdem generis sunt fr 93 = sch Eur Or 995, fr. 32 = sch Apln II 1052, fr 15 = Apld III 12, 6, 7 (ne hoc quidem loco putaverim, iam Pherecydem ipsum contra alius cuiusquam narrationem dixisse).

Deinde brevibus frustulis vix utendum est. Nam in propatulo ést, auctores, quibus rei tantum intererat, formam paene non respexisse. Atque profecto quam male hoc fecerint, compluribus exemplis cognoscere possumus, quum fragmenta de eadem re a diversis scriptoribus tradita comparaverimus; cf ex. gr. locos sub fr 102 a; 73; 103; 8; 44; 67; praecipue 28. Quamquam haec ita sunt, tamen fieri potest, ut hic vel illic germana expiscemur.

Tum semper considerandum est, a plerisque non Pherecydem ipsum exscriptum esse sed aliquot fontibus interpositis. Velut magna potissimum fragmenta, ut in schol. Hom et Apollon (IV 1091. 1396 [1]). 1515) ex nescio quo enchiridio descripta esse dolendum est.

Denique ipsi mihi confitendum est, me multa vocabula ionismos esse neque affirmare posse neque negare. Nam ne de modo quidem, quo hoc iudicem, mihi constat. Quod igitur vocabulum invenio apud epicos et tragicos poetas, apud Thuc. Antiph., quin etiam apud Plat. et Xenoph., ionismum hunc esse vel esse posse putare velim; sed incertior iam fit haec sententia, postquam idem verbum ex. gr. apud Plutarchum aut Lucianum repppererim, quamquam illos in verbis elegendis et elocutione iam antiquos auctores constat imitatos esse.

Itaque plurima, quae elegeram, ipse abieci et haec tantum, quamvis dubitanter, compono:

fr 26 sch Apln IV 1515 cf. *Wil Her* I p 176 n 109. *Ἄιδος κυνέη* (sed postea *κυνῆν*) cf *Matth* 253 *Meisterh* § 46, 20. — *κίβισις* (?) Hes, Callim. — *ἀολλίσας Veitch* 82 *Wil ad Eur Her* 411. — sed *θαρρεῖν* et *πεῦσιν προςαγαγών*(?).

fr 33 sch Apln IV 1396: cf *Wil* l c De *μηλέας* item iu-

1) Quamquam etiam hic, ut p 11 diximus, eximia ionismi vestigia restitui possunt.

dicandum videtur ac de ἄρσην, γίνεται cf sch Apln II 4. — χρύσεα (sed postea χρυσοῦν). — ὀπάων *Rutherf* 22. — Βούσιριν. — et a *Wil* (cf supra p 11) coniecta ἤιε et πέρην. — Priscum esse potest δεικνύει.

fr 75 sch λ 287 cf. *Wil* l c: ῥέξαι *Wil hom unt* 408. *Veitch* 572 (quamquam etiam Plut et Luc). — αἰγυπιός cf Suid s v *Rutherford* p 19 n 3. — νεογνός (?) *Rutherf* 172, sed Paus IX 8, 1 sch Pind N 1, 85.

fr 77 sch λ 321 cf *Wil* l c *et Herm* XVIII 425 adn. — κάρτα *Rutherf* 8 Greg Cor p 466 Schaef. — μίσγεται.

fr 32 sch Apln II 1052: κτυπεῖν *Veitch* 398. — βέρεθρον (dubium num Pherec) *Meyer* § 21 E M 188, 1 *Krueger gr sprachl* II 1 § 2, 2 n 6.

fr 39 Ant Lib 33: πληθύς. — Θήβησιν (antea Θήβαις).

fr 71 sch Apln III 411: πεντηκοντόγυος cf. *Bechtel* ad n. 58.

fr 97 sch Eur Or 1645: ἵζει — ἐρύκει cf. *Veitch* 272.

fr 106 sch λ 322: ἠιθέων (?) Hom Soph Hdt Plat Luc d d Syr, sed etiam Demosth Plut. De eisdem iuvenibus Hellan fr 73 cf Aristot d rep Ath 56. — μάρψῃ *Veitch* 431. — ἠιών *Rutherf* 169. — μίσγεται — sed θαρρεῖν, χρυσοῦν, ἐρωτικῶς διατεθεῖσα (?).

fr 110: κρώπιον (?).

Denique Ionica forma in nominibus quibusdam propriis servata est: fr 5 sch Apln I 761 Ἐλάρῃ (sed ὤθησεν cf *Veitch* 715 *Wagner Apld ep Vat* p 100); fr 38 sch Apln I 1212 Μηλιεῦσιν (sed ὁμοροῦν); fr 46 sch Σ 486: Εὐδώρῃ; fr 102b sch Eur Ph 159 ⟨Πολυ⟩δώρην (sic *Wil Herm* XXVI p 219).

Quaestionem num fr 103 ap sch Apln III 62 Pherec sit (cf *Wagner epit Vat* p 149 sq), ab hac parte diiudicare frustra conatus sum: βέρεθρον, κόνις (*Rutherf* 25), λύσσα (?) ad Pherecydem optime quadrant, sed πυρακτόω, σκεπάζει, παρακοιμίζει serioris videntur esse aetatis.

De stilo Pherecydis secundum pauca fragmenta vix aliud dici possit, quam simplicem fuisse et in enarrandis historiis dilucidam, sed in genealogiis, ut res ferebat, exilem. De genere vero dicendi, num fortasse Ionicae dialecto iam Atticae formae vel vocabula commixta fuerint, ita ut de Pherecydis Lerii vel Atheniensis patria vel vita aliquid erueremus, hoc ne quaerere quidem licet.

# De Hercule.

His praemissis fabulas nonnullas ad Pherecydem pertinentes tractaturus sum. Atque pro huius dissertatiunculae finibus de Herculis laboribus nonnulla dicere satis habebo. Nam Ricardus Wagner p 157 eius libri, quo Apollodori bibl. epitomam, quam in codice quodam Vaticano invenerat, edidit, sententiam proposuit, '*Pherecydem in enarranda Herculis vita permulta ex Panyassidis carmine hausisse*' 1). Quam coniecturam cum non multis argumentis instruxerit, sed fortasse alibi confirmaturum se esse promittat, nostrum est fragmentis Panyassidis perlustrandis examinare.

Atque primum nihil de ratione dici potest, quae sit inter hos scriptores, in Pan frr 23. 11. 15. 20. 21. 4. 12. 13. 14. 9. 3. 1. 2 Ki. Nam primum valde incertum est, quod hh dd in parte illorum significatum esse putarunt. Sed ut interpretatio illorum sit vel verisimilis vel etiam certa, tamen nihil de rebus in eis detectis ex Pherecyde servatum est.

Transeamus igitur ad illa fragmenta, de quibus nonnulla ex Pherecyde scimus, sed non tam multa, ut quae ratio in his fabulis inter eum et Panyassidem intercedat, diiudicare possimus. Ita fr 30 sch Pind Isthm 3 (4) 104 praeter numerum et nomina Herculis Megaraeque liberorum id tantum comperimus, a patre in ignem coniectos eos esse, neque, ut ab aliis narratum

1) In Strabonis loco (p 18), quem ad hoc commemorat, Pherecydem Syrium intelligendum esse, ex Suid Φερ. (ibique Porphyr) apparet, ut iam Sturz recte vidit p 11².

erat, sagittis interfectos. Sed quomodo Pan hanc rem depinxerit, fere non ex Pausania (fr 22) discimus [1]).

Deinde aliqua Pan frr habemus, quae ad Herculem apud Omphalam reginam versatum referenda esse videntur, 17. 18. Huc fortasse etiam fr 25 de Adonide trahendum est, quamquam eum non tam cum Lycia et Caria [2]) quam cum Syria Phoenicia Cypro coniunctum videmus [3]). Sed ex Pherecyde nihil proditum habemus nisi Herculem ad Omphalam venisse fr 34 = sch φ 22 [4]).

Quod denique Solis boum pastorem Phalacrum (sic Meineke) Panyassis nominasse dicitur fr 8, cum Herculis contra Geryonem expeditione coniungendum est, si omnino cum carminis argumento tam arte cohaeret. Sed de hac quoque fabulae parte Pher frr silent; cf fr 33 h.

Restant nonnulla fragmenta, in quibus Panyassis et Pherecydes certe aliqua ex parte comparari possunt. Atque primum quidem Athen IV 472 d ex Seleuco tradit, Panyassidem (fr 26) de hominum mactatione apud Aegyptios disserentem primum *πέμματα* commemorasse, atque affert versus cuiusdam partem. Itaque O Mueller coniecerat, a Panyasside primo Herculem a Busiride mactandum inductum fuisse, atque huius rei testem Hdt II 45 attulit. Herodotus ibi tamquam Graecorum narrationem tradit, Aegyptios Herculem pompa quadam ad aram comitatos esse, ut eum sacrificarent, quos omnes tum ab Hercule occisos esse. Eandem historiolam et Plut Thes 11 et Hyg f 31 commemorant et Apld II 5, 11, 7 narrat, et hic quidem in parte, quam ad Pherecydem referendam esse verisimile est: fr 33 = sch Apln IV 1396 [5]). Sed Apld vel potius fons eius aliena vide-

1) cf Wil *Her* I 325 n 114 et 357 n 31.

2) cf. Wil *Her* I 309.

3) Heyne (ad Apld III 14, 4, 1) et K O Müller (*Dor* II² 474) hoc ex Ionicis Panyassidis sumptum esse coniecerunt. Cuius carminis fragmenta exstare omnino negat Rudolphus Krausse, *de Panyasside* diss Gott 1891 p 64 n 4 et carmen a falsario suppositum esse censet. Wil me monuit, etiamsi exstitisset hoc opus genuinum, nullam rem sub Panyassidis nomine allatam huc referendam esse, si quidem lectum illud a quoquam esse non potest probari.

4) cf supra p 12.

5) cf Robert *de Apld bibl* p 47. 67.

tur admiscuisse. Nam fabulam de Thrasio vate ex Callimacho sumptam esse G Knaack in *Callimacheis* p 7 sqq probabiliter demonstravit[1]). Porro ob eam causam, quod Apld, p 64 13—19 et 65, 12—18 Hr[2]) inseruit, fides eius etiam in Busiridis historia minuitur. Accedit quod in sch Apln, quod propius a Pherecyde abesse videtur, Chalbes praeco exstat, qui apud Apollod omittitur. Denique hic de immolatione Herculis instituenda nihil narratur. Itaque num hoc apud Pherecydem traditum fuerit dubito.

Sed alia ex parte parum probabile est, Herodotum l c contra Panyassidem avunculum dixisse. Cum igitur Herodoto omisso Panyassidis fragmentum intuemur, quid liba et pulli in hominis mactatione sibi velint, non bene fingere nobis possumus, ut O Mueller videtur cogitasse. Facilius credi potest, Panyassidem hocce fere modo rem narrasse: Hercules Busiride interfecto Iovis aram hominum cruore maculatam licitis tandem sacris factis sacravit; qua in re libamenta illa in usu fuisse possunt.

Quocumque modo res se habet, etiam illis concessis de quibus dubitatio datur neque ex Panyassidis neque ex Pherecydis fragmento quidquam elici potest, nisi Busiridem hospites apud dei aram interfecisse atque huius sceleris poenam dedisse. Hoc autem fabulae ita est commune, ut de Pherecyde Panyassidis carmine uso ex hac quidem fabula nihil concludi possit.

Deinde nihil ad rem dici posset, si fr 6 legeretur, Augeam Eleum ab Hercule sagittis petitum esse. Sed locus ita comparatus est, ut dei nomen postuletur; quod autem scholiasta ad l Eleum Augeam deum esse dicit, id ex loco ipso haustum esse censeo. Itaque Heyne (ad Apld II 5, 10, 5) et Bergk (PLG III⁴ p 208) et Wilamowitz Solem ipsum ab Hercule vulneratum esse coniecerunt[3]). Heynii coniecturam secutus G. Kinkel propter Apld II 5, 10, 5 fr 6 cum 7 coniunxit, ita ut etiam fr 6 ad Herculem contra Geryonem profectum referatur, qua occasione data Hercules in Solem arcum tendat et in poculo eius Oceanum transeat. Atque concedendum est, hoc modo verisimillime

1) cf Hiller v. Gaertringen in *philol wochenschrift* 1887, 1321 sq.

2) Hoc certo ex alio fonte, aetiis scilicet, fluxisse videtur. Ex Apollonio (Ῥόδου κτίσις) putat Knaack *Herm* XXIII p 141.

3) Atque Heyne scripsit τὸν Ἥλιον αὐτὸν, Bergk τὸν Ἥ. ὑπὸ τοῦ αὐτοῦ. Wil putat, cum Ἥλιον in Ἠλεῖον corruptum esset, a scriba quodam Eleum illi notum, Augeam, inductum esse; itaque scribi vult τὸν Ἥλιον [Αὐγέαν].

verba restituta esse, quamquam cur omnino Sol adsit non facile intelligitur, quandoquidem Nereus poculum tradit. Sed iam in hac re Pherecydes cum Pan non consentit, si quidem Pher fragmentum (cf infra) recte ita interpretatus sum, ut non Sol sed Oceanus sagittis petatur. Praeterea vero apud Pan Nereus poculum dat, apud illum Sol ipse. Nam quod Wagner p 156 hoc sine momento esse censet, eodem iure dicere possimus, Pherec ex Pisandro (fr 5) pendere, '*dummodo Solis iussu hoc ab Oceano factum esse statuamus*', cum re vera Pisander et Panyassis eo concinunt, quod maris deus Herculi propitius est, apud Pher inimicus [1]).

Denique apertam discrepantiam habemus fr 10. Nam Pan draconem Hesperidum mala custodientem ab Hercule ipso occisum esse narraverat. Apud Pher contra (fr 33) Atlas, cuius operam caeli tenendi tam diu subit, ei mala apportat, Hercules igitur ne in conspectum quidem venit serpentis.

Postquam igitur fabularum ad Herculem pertinentium nulla evenit, de qua Pan et Pher consentiunt, idem de illis dicendum est, quae in parergis commemorantur.

Veluti ex fr 19 comperimus apud Pan Aesculapium ob eam causam Iovis fulgure ictum esse, quod Tyndareum resuscitaverit, cum Pher eam causam mortis afferat, quod ille Delphis mortuos in vitam revocaverit: fr 8 et 76.

Deinde Pan (fr 5) Bacchi nutricem Thyonam nominavit. Sed Pher auctore nutrices sunt Hyades (fr 46), quas easdem esse ac nymphas Dodonides, inter quas etsi Dione una vocatur, sed Thyone deest [2]).

Quod tum Pan (fr 24) Triptolemum Eleusinis filium esse dicit, hac quoque in re a Pher discrepat, qui Coeli et Telluris filium eum vocat: fr 12.

Porro apud Pan (= Prob ad Verg ecl 2, 24) [3]) lyra Amphioni datur a Mercurio, apud Pher (fr 102 a) a Musis.

1) Iam recte hoc dixerat O Mueller *Dor* II² 452.

2) Quod Thyonam apud Hyg astr II 21, ubi nomina omnino corrupta sunt, exstitisse putarunt Staveren Bunte C Mueller, recte ex sch Σ Muncker et Robert (Erat cat p 15) 'Dione' restituerunt; neque contrarium, ut Valckenaer voluit, licet.

3) fr ap Ki omissum est, quamquam iam apud Duebnerum exstat fr 15.

Consensus denique obiter intuenti is esse videatur, quod Pan (fr 16) ut Pher (fr 8. 76) Appollinem apud Admetum serviisse narrat. Sed verisimile est, hoc tum commemoratum esse, cum Hercules serviturus (sive ad Eurystheum sive) ad Omphalam iret [1]), eique solacio fortasse a quodam dictum. Hic Panyassidem notas quasdam fabulas omnibusque communes elegisse apparet neque quod Pherecydes talibus in rebus cum eo consentit mirum est.

Vidimus igitur, nusquam duos illos scriptores eadem tradidisse demonstrari posse, contra compluribus in rebus aperte discrepare. Quamvis pusillae partim res sint, tamen in tanta fragmentorum inopia cogimur, si quidem recta via ac ratione procedimus, negare Pherecydem huius poetae carmine usum esse. Nescio igitur, quomodo Wagner sententiam suam defensurus sit.

Quod autem censet, Apollodorum '*in hac bibliothecae parte ubique ex Pherecyde pendere*' [2]) atque quia in hac parte Panyassidis vestigia detexisse sibi videtur, hoc modo opinionem firmari putat, ad hanc rem enucleandam necesse est eas fabulas ab Apollodoro de Hercule traditas accuratius inspicere, de quibus etiam ex Pherecyde aliquid scimus. Qua de re nunc nobis est disserendum.

Atque proficiscar a duobus fragmentis, quae Apollodoro ipsi debemus. Primum II 7, 5, 2 (= fr 37) ex Pherecyde affert, Amaltheae cornui tantam vim infuisse, ut quidquid cibi potusve quispiam expeteret, large suppeditaret [3]). Quam rem Apld fabulae illi adnectit, qua, quomodo Hercules Acheloum vincens Deianirae coniugium sibi paraverit, exponit. Dicat igitur quispiam hanc fabulam totam ex Pherecyde sumptam esse. Quae coniectura eo confirmari videatur, quod Amalthea a nullo alio

1) cf Meineke, *anal Alex* p 180.

2) Similiter iam indicaverat Heyne ad Apld p 406.

3) Ceterum hoc fr Pher solum Epit Vat exscripsit. Sed quamquam Wagner infitiatur, tamen Soph schol, qui (II p 21 Dind) Apld II 7, 5 — II 7, 7, 12 descripsit, melior singulis rebus testis videtur esse, quam epitomator.

scriptore Haemonii filia nominatur [1]). Sed ut ad iudicium perveniamus, in universum considerandum est, Apld. omnia fere ex uno fonte hausisse. Hoc quisquis Apld. cum Diod IV 29—39 et cum aliis de his fabulis auctoribus comparaverit, facile Erico Bethe concedet, qui ni fallor primus hoc enchiridium mythographicum esse publice dixit in egregia dissertatione, *quaest. Diod. mythogr.* Quod satis multis locis Apld et Diod non concinunt, facile causa invenitur. Nam aut Diod, qua erat opinione de fabulis, euhemeristico modo, quem vocamus, res tractavit [2]), aut ex aliis fontibus alia enchiridio inseruit [3]) aut res confundit [4]). Aliis locis alter plus elegit altero; cf Apld II 7, 3, 2 = Diod 33, 5 [cf Strab. X 461 Paus III, 1, 4 III 21, 2 sch *B* 581 (corrigendum ex Eustath p 293, 10) sch Eur Or 457 et Apld III 10, 5; de Oeono interfecto praeterea Paus III 15, 4 Plut. qu Rom 90 sch *A* 52 (Andron)] et Diod 31, 7 = Apld II, 6, 3, 3 (?). Utrum iam in enchiridio variae fabulae ex diversis scriptoribus allatae fuerint necne, ex hac quidem parte frustra diiudicare conatus sum. Sin autem unus locus hoc ita esse docere potest, est Apld II 7, 6, 2 = Diod 36, 2, ubi si quis hocce modo enchiridii statum sibi fingeret, equidem non refragarer: Una et solida historia de puero illo narrata variae lectiones de nomine secutae sunt ex Hellanico, Herodoro, Nicandro. Tum in nomine Herodorum secuti sunt Apld et Diod (cf F H G II 36, Robert p 66, Bethe n. 91), sch Apln I 1212 Nicandrum. Ita ut Athen 410 f 411 a optime fere enchiridium repraesentet [5]). Cum igitur his praemissis accuratius locum, de quo agimus, perpendimus, pugnam Herculis cum Acheloo tauri forma induto et cornu eius ab illo defractum similiter apud omnes narratum videmus,

1) Nam argum Soph Tr, ut modo dixi, ex Apld haustum est, neque minus Tzetz Lyc 50.

2) Unum exemplum de pluribus ap Beth. p 72.

3) cf ex gr Beth. p 12 et 41 sqq (ubi propter similitudinem cum Diod 53, 4 dubitare fortasse licet) et p 71.

4) ex gr Phyleus — Phylas D 36, 1 = A II 7, 6, 1, ubi confusio ex O 531 = B 659 declaratur (sic Heyne ad Ap 465) aut fortasse melius ex Strab. p 338, nisi rectius Diod putatur Phyleum ex c 33, 4 hic perperam induxisse.

5) Paus II 13, 8 nullius momenti est. — Aliter de hac re iudicavit Knaack *Herm* XXIII 138.

qui ex enchiridio pendent: Ov. met IX 87 Hyg f 31 Diod 35, 3 et 4 sch Φ 194[1]). Cum autem hoc etiam monumentis[2]) commune est, iudicium de enchiridii fonte ferri non potest. Sed cum ceteri Acheloi et Amaltheae cornu idem unumque esse dicant[3]), Apld solus[4]) diversa illa esse tradit. Itaque puto, hanc fabulae speciem apud Apld demum eo ortam esse, quod res illa ex Pherecyde addebatur. Confirmari haec sententia eo mihi videtur, quod primum quomodo Achelous Amaltheae cornu possideat obscurum est, deinde quod cornu copiae aliud esse atque Acheloi cornu parum cum fabula concinit; cf Wil Her I 272.

Pherecydem autem huic fabulae adnexum esse, nisi fallor, etiam alia ex parte firmari potest, simulque hoc nondum in enchiridio exstitisse apparebit. Namque videndum est, quomodo aliis locis Apld Pherecydis frustula afferat. Duobus quidem locis de hac re nihil dici potest, quod Apld ipse nullum certum scriptorem sequitur, sed diversas narrationes iuxta·ponit (I 8, 5, 2 et III 6, 7, 2). Sed ceteris omnibus locis — et praeter locum, de quo agimus, sunt decem[5]) — Pherecydem semper ita laudat, ut ipse alium scriptorem sequatur[6]). Itaque etiam in ea re, de qua dicimus, verisimilius esse puto, historiam de Deianira non ex Pherecyde manasse. — Quae cum ita sint, addendum denique

---

1) Hoc ex Pindaro affertur. Sed propter similitudinem cum ceteris subscriptio suspecta est, atque dubitare licet, num quidquam aliud illius scholii Pindaro tribuendum sit atque quod Meleager Herculi ut sororem in matrimonium ducat persuadet. — Idemne subaudiendum est in Apld II 5, 12, 4 αἱ ψυχαὶ χωρὶς Μελεάγρου . . ἔφυγον et Diod 34, 1 τετελευτηκότος ἤδη Μελεάγρου?

2) cf· Furtwaengler in *Roscheri lex myth* p 2209, 2231, 2245. Ultima commentatio de hoc argumento, si nil me fugit, conscripta est a Lehnerdtio *arch ztg* 1885 p 106. Vix aliter vas depictum ann d inst 1839 (XI) t Q intelligendum sit, si alterum illud (*arch ztg* 1862 t 168, 1 = Baumeister *denkm s v Achel*) comparaverimus.

3) Diodoro quoque hanc narrationem usui fuisse apparet, quamquam Euhemeri rationem adhibet. Ipse iam alios sequi poterat, cf ἔνιοι ap Strab X 458, qui quidem, ut sch Soph Tr 12. 13, Sophoclis tragoediam (v 9 sqq) interpretati sint.

4) Nam sch Soph et Tztz eum exscribunt

5) Vide apud Hercherum in indice.

6) Ita est etiam III 8, 2, 2: nam si Callisto non Lycaonis filiam esse credidisset, non hoc loco de ea egisset. — De I, 4, 3 dubito, cf supra p 5.

est, rem ex Pherecyde allatam fortasse ne coniunctam quidem apud eum fuisse cum Deianirae Acheloique fabula, ita ut apud Apld vidimus. Nam Amaltheam Iovis nutricem fuisse notum est [1]), atque hac in re Pherecydem illud commemorare potuisse nemo neget.

Pherecydem ab Apld additum esse, statim certum est in altero fragmento (28) ab Apld (II 4, 8, 4) servato (= sch Pind N 1, 65). Ipse enim narrat, dracones duos a Iunone in Herculis Iphiclisque lectum missos ab illo strangulatos esse, atque addit, apud Pherecydem non Iunonem serpentes misisse, ut Herculem perderet, sed Amphitryonem, ut uter Iovis uter suus esset filius cognosceret. Hic igitur manifestum est, Apollodorum in historia a se tradita non Pherecyde usum esse, qui omnino, quantum quidem nos videmus, in hac fabula plane singulare narrat [2]). Sed fabulam vulgatam secutus est, ut apud Diod IV 10, 1, Pind N 1, 40 (Philostr iun imag 5) Theocr 24 legimus [3]).

---

1) Cf locos ap Preller-Robert, *gr myth* I p 35.

2) Addendum est, ne Tiresiam quidem bene ad Pherecydem quadrare, quamquam concedendum est, etiam apud eum tales partes illum suscipere potuisse. — Quod sch Pind dicit, Herculem tum iam unum annum egisse, nescio num ad Pherecydem trahendum sit. Potuisse eum iam talia ex ratione ac deliberatione profecta narrare, ex alio exemplo elucet: Wil *Isyll* p 65. Iunonem puerum modo natum perdere velle, non anno iam intermisso, melius et simplicius videtur, itemque Amphitryonem de prole certiorem fieri. Sed potest aliquid latere. Nam etiam apud Theocr decem menses natum videmus, simileque apud Diod. (Hunc E. Bethe *qu Diod* p 41—44 in cc 9—13 ex Matride Thebano putat hausisse, ex quo mox de Herculis nomine sumpsit: cf Wil *Her* I 293, 45.)

3) cf Wil *Her* I 295. 298 c not 55. —

Aliud fr (67), de quo eodem modo iudicandum est, praeteriens commemoro, quod apud Apld. non inter Herculis facta exstat, sed inter Argonautarum (I, 9, 9, 13). Ob eam causam Wagner hoc ex Pherecyde haustum esse fortasse non censet. Etiam ibi Apld. primum Herculem in Mysia remansisse tradit, deinde diversas fabulae formas affert, inter quas Pherecydis narrationem, iam in Thessalia Herculem Argo navi ferri non potuisse, cf omnino Wil *Her* I 280. Ceterum de eadem re eisdem scriptoribus allatis in sch Apln I 1289 agitur. Atque cum Apld saepius eadem atque sch Apln tradere videamus, nostro iure communem fontem sumimus (cf supra p 16 ad fr 67) et propterea plane utrumque congruentem reddimus. Narratur autem in sch primum ex Hesiodo (fr 178 Rz) Herculem cum Argonautis navigantem Aphetis navi descendisse, ut aquam quaereret, eoque modo relictum esse. Deinde Anti-

His fragmentis ceteras res adiungo, de quibus quid iudicandum videatur deinceps videbimus. Atque primum quod de liberis Megarae Herculisque interfectis ex Pherecyde (fr 30 ap sch Pind J 3 [4] 104) scimus vix idoneum est, quod diiudicationem quaestionis efficiat. Sin autem pauca tanti momenti esse putamus, ad discrepantiam inter eum et Apld statuendam ducimur. Comperimus enim id tantum, quattuor liberos apud Pherecydem in ignem coniectos esse et quae nomina eis fuerint. Illud etiam Apld II 4, 12, 1 tradit, sed tres tantum (II 4, 11, 6 et II 7, 8, 8) habet, inter quos unum, cuius nomen apud Pher non exstat, et duo, qui apud eum Megarae filii sunt, apud illum ex aliis uxoribus sublati sunt (II 7, 8, 7 et 8).

Porro in sch Apln I 1212 Pherecydes bis de Dryopum gente affertur; cum autem liber alter et tertius laudetur, manifestum est, eum de Herculis factis disserentem illa commemorasse. Eadem apud Apld II 7, 7, 1 narrantur. Atque Georgius Knaack, postquam sch Apln illud accurate tractavit (*Herm* XXIII 139) sententiam proposuit, totam historiolam ex Pherecyde originem duxisse [1]), ex quo Callimachus hauserit. Quae opinio si recte

machus tradidisse dicitur, illum ob eam causam remansisse, quod Argo eum ferre non posset. Tum pergit sch: καὶ Ποσίδιππος ὁ ἐπιγραμματογράφος ἠκολούθησε καὶ Φερεκύδης ἡσιόδ, ut in cod Laur traditum est. Ex Apollodoro autem scimus, Pherecydem de loco cum Hesiodo, de causa cum Antimacho convenisse. (Ergo Hdt VII 193 non Pher narrationem sequitur, ut Heyne ad A p 186 vult, sed Hesiodi.) Quodsi de loco tantum in sch diceretur, additamentum 'Ησιόδῳ recte staret, ut Keil voluit. Sed cum etiam de causa illic res sit, dubium est utrum sch parum accurate locutus sit an 'Ησ. delendum sit. At accedit quod in ed pr additamentum non legimus. Itaque delere malim atque ita schol intelligendum puto. Antimachus ideo affertur, quod de causa ab Hesiodo dissentiat; haec igitur est quasi nota ad narrationem Hesiodeam. Ad ἠκολούθησε igitur supplendum est, utrique, alteri de loco, alteri de causa. Ut autem ed pr momenti esse putem, eo commotus sum, quod eam saepe non modo plura exhibere, sed etiam in singulis rebus rectum servasse videmus (cf Wil *Her* I p 187 n 132). Et quamquam editorem Flor interpolasse patet (cf III 376, ubi σχολιογράφους afferens ipse concedit), tamen plurima ex antiquo exemplari eum hausisse elucet: cf II 1244, ubi Pind P 4, 138 affert. Alio loco me ad hanc quaestionem rediturum esse spero.

1) Idem iam voluerat O Mueller *Dor* I² 421 n 5.

stat, apud Pherecydem singulas res peculiariter depictas habemus, quarum Apld nihil exhibet, in nomine vero pueri illius discrepantiam videmus.

Sed Apollonii scholion ex Pherecyde fluxisse, difficile sit demonstratu. Atque primum quidem fabulam de puero illo [1]) et de Nesso centauro [2]) ex communi enchiridio fluxisse, ut Knaack vult, excerptorum consensu firmatur simulque hoc ad priorem fontem referre despero. Deinde in scholio habemus Hylan, quae fabula omnino non vetusta est [3]) atque, ut Knaack ipse concedit, ab Alexandrinis poetis primis si non in litteras recepta, at accuratius narrata. Certe apud Pherecydem non exstitit. Nam Hylae fabula in Argonautarum expeditione locum habet, sed Pherecydes Herculem illius participem fuisse negaverat [4]).

Accedit alia deliberatio. Habemus enim in Dryopum fabula vetustissimae Graecarum historiae partem [5]). Omnes enim auctores ea de re consentiunt, domicilia huius gentis in ea regione fuisse, quae a Sperchio et Oeta et Parnasso finitur [6]) Tum Dryopes a Doriensibus ex Thessalia venientibus pressi expelluntur et trans mare proficiscuntur, altera pars in Peloponnesum vel potius in Argolidem (Asine, Eion, Hermion) [7]), altera in Euboeam (Carystus,

---

1) cf supra p 33.

2) cf Apld II 7, 6, 4 Diod IV 36, 3—5 Strab X 451 Ov. met IX 101 599 (?) Hyg f 34 Paus X 38, 2 sch B 527.

3) cf Wil *Her* I 280.

4) cf supra p 35 adn 3.

5) Nam hoc omnibus de Dryopibus locis perpensis multo verisimilius mihi videtur, quam quod alterum Wil (*Her* I 279) significavit: *vielleicht ist die bekämpfung und verpflanzung der Dryoper um Delphoi nur ein versuch, zu erklären, weshalb die Dorer von Argolis und Sparta ihre gegner in Hermion, beiden Asine und Korone ebenso benannten, wie ehedem ihre phokischen gegner.* De pugnis Argivorum (et Lacedaemoniorum?) contra Dryopes cf Paus II 36, 4—5 III 7, 4 IV, 14, 3 IV 8, 3, Grote(-Meissner) *gesch Griech* I 740 Curtius *Pelop* ex gr II 168, 274, 393, 455. — 348, 455.

6) Discrepat fere solus sch Apln I 1218 (= EM 288, 34 et Tzetz Lyc 480), qui originem Dryopum ex Arcadia monstrat, cf Hom h 19, 30 sqq. Vel fortasse non discrepat, sed originem altius repetit. Nam etiam Aristot ap Str VIII 373, qui Dryopem a Sperchio venisse narrat, qui fluvius in Arcadia non invenitur, Arcadem eum esse dicit. Sed hoc non intellego, cum Dryopes numquam cum Arcadia coniuncti afferantur.

7) Etiam Nemeam Dryopum öppidum esse St B s v Νεμ. dicit: cf O Mueller *Dor* I 86. Si vero Dryopes a mari Argolidis littore potiti sunt, ut

Styra, Eretria), Cythnum, Hellespontum, Ioniam, Cyprum[1]). Puto igitur pro Doriensibus Dryopes expellentibus Herculem inductum esse. Mytho igitur non solum tribuendum est tempus, quo Hercules hoc fecerit, vel locus, ubi haec res inter alias res ab eo gestas inserta est, sed etiam causa, cur ille Dryopibus bellum inferre coactus sit. Quod vario modo factum esse videmus. Atque saepissime post Deianiram in matrimonium ductam hoc bellum gestum esse traditur, atque Deianira ipsa partes in eo suscepisse dicitur, deinde eius et Herculis filius, Hyllus, causa est belli. Nam Hyllus fame torquetur atque cum Thiodamas, a quo Hercules nutrimentum petit, quidquam dare recuset, arma contra eum capiuntur[2]). Sed de hac causa altera fabula narratur: Hercules enim ipse cibi inopia urgetur. Atque concedendum est, in hac fabulae forma neque Deianiram neque Hyllum locum habere debere. Atque haec fabula ad certum cultum (*Ἡρακλῆς Βουθοίνης*) declarandum usurpata est. Aut igitur ubi cultus exstabat, etiam *αἴτιον* narrabatur — tum autem fabula Trachiniis propria est — aut, cum semper cultus vetustior sit quam res, ex qua ortus esse dicitur, *αἴτιον* a scriptoribus inventum est[3]), atque fieri potuit, ut Callimachus primus hoc excogitaret. Si hoc verum est, haec altera causa ex priore illa cultui accommodata esse potest neque pro propria fabula habenda est.

Denique tertiam belli causam habemus. Dryopes enim gens sunt scelerata atque ob hanc causam ab Hercule vincuntur non

---

Mueller I 43 Curtius II 454 Grote I 637 recte videntur ex situ oppidorum conclusisse, de Nemea dubitare liceat.

1) cf O Mueller *Dor* I 42 sqq 259. — Coniunctionem cum Ambracia et Epiro factam nondum intellego: Nic ap Ant Lib 4. Nescio an per fabulas, quae cum Melaneo, Euryto, Andraemone coniunctae sunt, via ad hanc rem enucleandam ferat. — Quod Dryopes genealogia etiam cum Peloponneso coniunguntur (Asine filia Lacedaemonis est ap St B s v, Hermion Phoronei filius ap Paus II 34, 4), non miramur. Forsitan etiam de Danao, qui apud Pher et Nic Dryopis avus est, ita iudicandum sit.

2) Ut hoc evaderet, certe opus erat, quod apud Diod computatum videmus, tempus aliquod post matrimonium cum Deianira initum praeteriisse.

3) Certe similia αἴτια similis rei habemus. Nam, quod Heyne iam monuit, rem plane similem ad Lindiorum quendam cultum declarandum adhibitam videmus. Apld II 5, 11, 8 (cf Knaack l c 139 sqq) et Plut qu Gr 58. Fortasse etiam altera historiola, quae cum Syleo coniuncta est, afferri potest: cf Tzetz in *FTG*[1] 453 (Eurip. Syl.).

secus ac singuli homines, qui ὑβρισταὶ sunt. Contra enim Apollinis sacrum scelera commiserunt[1]). In hac igitur fabula et Deianira et Hyllus supervacanei sunt, neque Thiodamante neque alia causa est opus. Hercules est Argivus, qui orbem bestiis noxiis et hominibus scelestis liberat. Cum praeterea Argivi ei sunt, qui oraculum Delphicum sibi tuendum esse et defendendum putabant[2]), haec simplex causa fortasse recte Argiva esse putanda est.

Hanc autem etiam a Pherecyde traditam esse ex verbis ex eo allatis, si omnino aliquid, concludendum esse censeo: fr 38: λῃστρικὸν δὲ τὸ ἔθνος κτλ. Hoc autem etiam in enchiridio de Pherecyde narratum fuisse, ex Apld et Diod consensu fortasse efficiendum est, quamquam de Laogore nihil aliunde notum est et apud Diod aliena admixta videntur.

Denique fortasse altera ex parte sch Apln ex Pher non totum sumptum esse demonstrari potest. Nam accuratius totam Apld et Diod de Herculis parergis partem intuenti facile videtur, omnes res ab eo gestas Iolae fabula comprehendi. Omnia alia inter huius initium et exitum inserta sunt. Ex fabula autem illa, Deianira scilicet accedente, mors Herculis pendet. Itaque puto, vel enchiridii vel prioris iam auctoris voluntatem non difficulter detegi, omnia post dodecathlum facta quasi uno vinculo conectere, quod ad mortem tandem deducat. Quomodo autem Pherecydes herois mortem narraverit, nescimus. Sed scimus, Oechaliam, cuius expugnatio arte cum illa cohaeret, apud eum non in Euboea, sed in Arcadia fuisse, scimus tum, eum fabulam plane singularem tradidisse, non sibi Herculem, sed Hyllo filio Iolam in matrimonium ducere voluisse. Quoad autem haec narratio plane fere luce careat, id tantum concedendum esse puto, multa aliter apud Pherecydem videri narrata esse, atque cavendum est, ne ex fabula communi quae desunt temere inducamus neve — quod ad hanc quaestionem attinet — enchiridium ex illo pendere concludamus[3]).

---

1) Haec historiola fortasse a Phlegyis traducta est (v Wil *Her* I 279), cf potissimum Philostr imag II 19, ubi Apollo Herculis fere speciem prae se fert.

2) cf ex gr Paus IX 36, 2 (etiam hoc in Phlegyarum fabula).

3) Ceterum non intellegi potest, cur Pher et in secundo libro et in tertio de Dryopibus egerit. Sed cum in utroque Herculis facta narrata fuerint, nondum utrum verum sit enodari potest. — De verbis scholii recte

Veniens ad eas fabulas, quae apud utrumque accuratius expositae sunt, primum de Molionidibus loquar. Quae fabula ex Pherecyde duobus locis affertur. Primum enim legimus eam in scholiis, quae dicuntur, ad Platon (Phaed p 89 c = fr 36). Idem proverbium cum originis interpretatione habemus apud paroemiographos et lexicographos [1]). Sed cum haec omnia, ut notum est, per nescio quot rivulos ex eodem fonte fluxerint, ex Lucillo Tarrhensi scilicet, et hic ex Didymi scriniis hausisse putetur, cum autem in hoc adagio eluceat, illa breviata et confusa esse [2]), schol Plat tantum curamus. Hic autem habemus primam Duridis declarationem, alteram Echephyllidae — eadem Pherecydes et Comarchus [3]) et Ister narrasse dicuntur — tertiam Herodori et Hellanici. Qua in re per se patet, Pherecydem non de proverbio egisse, deinde illum ab Istro allatum fuisse [4]) et hunc demum a Didymo vel Lucillo inspectum, denique verba de rivo illo Echephyllidae propria neque cum Pherecyde communia esse videntur [5]). Pherecydes igitur de Cteato et Euryto atque de Hercule cum iis confligente egerat [6]).

Iterum haec res in sch AD ad *Λ* 709 traditur, ubi toti scholio subscriptum est *ἡ ἱστορία παρὰ Φερεκύδει*. Sed primum elucet verba de nomine Molionidarum non ex eo hausta esse, sed ex Aristarcho [7]). Ex eodem etiam verba de figura illorum sumpta

---

E Bethe (*Herm* XXIII 319) videtur iudicasse. Sed quod verba, quae delet ex eiusdem scholii verbis duplicata putat, fortasse rectius digito monstrandum est, Mysos re vera Trachinem mitti (sch Apln I 1355). Sed quomodo verba vel errore vel interpolatione hic irrepserint, ipse non video. An Hyla commemorato inductus verba quis inseruit?

1) v locos ad Zen V 49 ed L-Schn. Adde Miller, *mél d litt grecque* p 349.

2) Cur Λάιον non in Ἔλατον correctum sit, non intellego. — Confusione id praecipue evenit, ut Cteatum et Eurytum Olympia victos esse dicatur.

3) Pro Comarcho Clearchum restituendum esse Mueller putat *FHG* II 32 (fr 13) et 320 (fr 57) IV 638 b. Contra Wil *comment gramm* IV p 10 Comarchi nomen in sch Pind Ol 3, 33 legi iubet.

4) cf Athen XIII 557 a (= Pher fr 109 Istr fr 14 M I 420) et sch Pind N 5, 89 (= Pher fr 108 Istr fr 23).

5) cf Echeph fr 1 M IV 403 de Sphacteria.

6) Num id, Eleos inde ab eo tempore ludos Isthmicos non iam egisse, etiam apud Pherecydem narratum sit, dubium est.

7) cf sch A ad Λ 709 et 750 (Eustath p 882, 10; Apoll lex p 113, 21).

esse videntur [1]), quamquam Pherecydem certa forma eos induisse vel alterumutrum de hac re fontem secutum esse verisimile est. Etiam hic igitur id tantum ex Pherecyde depromptum est, quod de Herculis cum Molionidibus pugna dicitur [2]).

Narraverat igitur Pher, Herculem, cum contra Augeam arma cepisset, eum vincere non potuisse, quod Cteatus et Eurytus illum adiuvabant. Cum autem postea ad ludos Isthmicos celebrandos proficiscerentur, prope Cleonas ex insidiis erumpens eos necavit. Idem apud Apld II 7, 2 scriptum videmus atque Robert (p 67) hoc ex Pherecyde haustum esse censet. Sed primum nunc dicendum est, hoc ex enchiridio manasse. Quod autem Diod IV 33 non satis cum Apld concinit, et id, quod Cteatum omittit, Bethe p 72 explanavit, et quod historia de Dexameno hic ab illo narratur, ita explicandum est, ab alteroutro perperam hanc fabulam insertam esse. Nam Apld exhibet illam in prima expeditione in Elidem facta II 5, 5, 6 (ex Bacchylide: Robert p 88 *bild und lied* 197) [3]). Deinde quod exsilium Herculi ab Eurystheo impositum hic narrat, ex eo consilio fortasse intelligendum est, ut expeditio adversus Augeam cum ea fabula coniungatur, qua illam ex Pheneatorum regione susceptam esse tradebatur, sive Diod ipse hoc ex alio fonte induxit, sive ex eodem enchiridio, ubi tamquam diversam fabulam allatam fuisse tum sumendum sit, hausit. cf Paus VIII 14, 9 et 15, 5—7. Curtius *Pelop* I 188 [4]). Sed etiamsi ea fere, quae Apld narrat, in enchiridio exstitisse sumimus, tamen apud Pherecydem id tantum habemus, quod omnibus commune est, neque scimus, num ea, quae peculiariter Apld narrat [5]) — praecipue Herculem propter morbum recessisse et indutias iniisse — ita a Pherecyde tradita

---

1) cf sch T ad Λ 709 et sch A ad Λ 751 et scholia ad Ψ 638 sq.

2) Fortasse etiam hoc ex Istro fluxit, quamquam quinquies tantum in sch Hom nominatim affertur: 1) B 110 N 629 O 230 T 34 (= fr 61. 62 M) 2) K 439 (= fr 55) 3) K 199. 298 4) T 119 5) Ψ 783.

3) Fortasse Diod errasse ex eo sumendum est, quod Dexamenus socer Molionidarum cf B 620 Paus V 3, 3.

4) Quamquam etiam de Iphicle varie narrabatur, nimirum in bello contra Hippocoontidas gesto illum occidisse. Apld II 7, 3, 6.

5) Actorem Molionidarum patrem Augeae fratrem fuisse etiam ex Paus V 1, 11 concludendum est (nam Phorbas apud alios Augeae quoque pater est) et Diod IV 69, 3 dicit. Nam hoc loco pro Αἰγεύς legendum esse Αὐγέας Betho recte coniecit p 53.

fuerint. Atque si ex Hesiodo de hac re plus haberemus quam fr 32 Rz, fortasse apud eum has res inveniremus.

Deinde Apollodori de Geryonis bobus narrati otractanda est. Atque Wagnerum, quod Panyassidem et Pherecydem eadem de hac re tradidisse opinatur, errare supra (p 30 sq) monstrasse mihi videor. Restat igitur, ut Apld cum Pher consentiat necne enucleemus. Atque de hac solum re agere possum, ea quaestione, quae vis sit fabulae, plane omissa [1]).

Huius Apollodori partis (II 5, 10) paragraphum quintam, ubi de Solis cyatho agitur, ex Pherecyde sumptum esse censuerunt Heyne (ad Apld p 393) Mueller (*Dor* I² 429) Robert (*de Apld bibl* p 67), quorum Mueller totam fabulam ex Pherecyde fluxisse putare videtur. Sed ad hanc opinionem diiudicandam videamus fr Pherec (33 h ap Athen XI 470 c). Dicit igitur Athen: ὁ δ' Ἡρακλῆς ἕλκεται ἐπ' αὐτὸν τὸ τόξον ὡς βαλῶν. Sub αὐτὸν hh dd Apollodorum secuti Solem audiendum esse putaverunt et ob hanc causam Wil (in edit Kaib) et antea Bergk (cf supra p 12) in sequentibus verbis δείσας ante παύσασθαι transposuerunt. Sed primum in hac interpretatione ἀντὶ τούτου mirum esset, si igitur id tamquam ἀντίδοτον diceretur, quod nisi fecisset facere coactus esset. Deinde dicit Athen: προειπὼν περὶ τοῦ Ὠκεανοῦ ἐπιφέρει· ὁ δ' Ἡρακλῆς ἕλκεται ἐπ' αὐτὸν κτλ. Cum igitur parum verisimile sit, Pherec hoc loco accuratius de Oceano egisse — nam scimus primum in libro secundo et tertio de Hercule sermonem fuisse, deinde idem ex loco ipso sequitur — his verbis nihil aliud dictum esse puto quam hoc: Pher antea Oceani nomen dixerat et nunc pergit; vel ut aliis verbis dicam, si nos locum afferremus, post αὐτὸν uncis inclusis diceremus: scil Ὠκεανόν. Hoc si rectum est, habemus historiolam bene se excipientem: Oceanus (qui, ut fingere nobis possumus, tempestatibus excitatus Herculem quin transeat impedire conatur) ab

1) De interpretatione fabulae optima haud scio an scripserint Iacobs in Heereni *bibl d alt litt u kunst* X 48 (= *verm schr* VI 145), O Mueller *Dor* I 426, De Witte in *nouv ann de l'inst archéol* III (1838) p 309 sqq, Robert *Herm* XIX 483.

Hercule sagittis petitur [1]). Sol autem arcum deponi iubet atque Hercules deum veritus obtemperat — nam verba tradita mutare nunc non cogimur —. Sol quasi obtemperantiae praemium poculum ei dat, sed Oceanus iterum Herculem ne quod velit assequatur prohibere studet.

Si recte de hoc fragmento iudico, apud Pher nihilo magis Sol ab Hercule petitur quam apud Pisandrum (fr 5 Ki). Ab Apollodoro tantum et Panyasside — si quidem recte illuc illatum est: cf. supra p. 30 sq — haec res traditur [2]). De hoc eo minus miramur, cum ut mox demonstrabitur etiam cetera in hac fabula ab Apollodoro narrata aliunde vix nota sint. Praeterea causa iaculandi ab eo allata — *θερμαινόμενος ὑπὸ Ἡλίου κατὰ τὴν στρατείαν* — tam debilis est, tam se ipsa offerens, ut potius ex ratione quam ex vetusta fabula deprompta esse videatur.

His perpensis Wagneri sententia, Pherecydem et Apollodorum de hac re conspirare, iam reiecta esse videtur. Sed fortasse omnino de fonte Apollodori Geryonis fabulam narrantis desperandum est. Nam ut Heyne iam recte vidit, duobus certe locis agnosci potest, res aut confusas esse aut lacunose traditas. Nam primum inter paragraphum 10 et 11 lacuna hiat [3]). Deinde in § 9 iter vix potest expediri. Nam si verba tradita sequimur, taurus ille Rhegio in Siciliam venit, tum Italiam peragrat, denique in Sicilia est. Itaque Heyne [4]) eumque secutus Hercher verba *καὶ τὴν πλησίον χώραν κτλ.* expulere; sed quis talia, scilicet Hellanici Timaeique sapientiam, interpolat? At res verisimiliter ita intelligenda est, epitomatorem inter tot fabulas Herculis ex-

1) Simile de Nereo Stesichorus tradiderat. cf Wil *Her* I 272 n 18. Sed hoc fortasse ex Hesperidum fabula translatum est, id quod saepius factum esse verisimile est.

2) Refragari videtur lecythus (ap Stackelberg *gr d Hell* t 15 = Gerhard *ges abh* t 5, 5), ubi Stackelb Gerh (I p 151) Furtwaengler (in Rosch *lex myth* 2204) Solem et Herculem intelligendos esse putant. Marinum quendam deum cognoscit Mueller (*gött gel anz* 1837). Primum '*nachenförmiges gefäss u halbe flügelrosse*' (Stack) videre non possum. Deinde id quod Hercules sinistra tenet, arcum esse cognoscere nequeo, sed laqueus videtur esse. Itaque etiam de eo, quod sub Solis, qui dicitur, capite picta est, dubitandum est, praecipue in tali pingendi modo. Fortasse de Nereo (cf Pherec fr 33) vinciendo cogitandum est. cf Verg Ge IV 439 Ov fast I 370, 4. Hor s II 3, 71 ep I 1, 90.

3) cf Heyne ad Apld p. 403.

4) p 400 sq.

peditioni immixtas [1]) aliquot elegisse et frustula parum ingeniose conglutinasse.

His concessis etiam id sequitur, totam Geryonis fabulam minime ex uno fonte manasse.

Atque primum quod Apld locum, ubi Geryones habitet, Erythiam insulam nominat, hoc ni fallor ab omnibus itidem traditur, nisi quod nonnulli statim certum locum noti terrarum orbis dixerunt, quem eundem esse putaverunt atque illam fabulosam [2]). Cum autem Apld illam id esse dicat, quod postea Gades vocatum sit, hoc ex Pherecyde fr 33h sumptum esse putatum est [3]). Sed primum Strabo III 169 hanc sententiam quasi coniecturam profert, quae quibus causis fulcita fuerit non iam examinare possumus, deinde hoc a tot scriptoribus dicitur [4]), ut de fonte investigando abstinendum sit.

Etiam id, quod de forma et genere Geryonis, de Eurytione, de Orthro eiusque gente dictum est, fabulae inde ab Hesiodo vulgatae esse videtur, non solum per scriptores, sed etiam per monumentorum seriem in gravissimis quidem constantis. Id tantum dici potest, Stesichorum fontem esse non posse, quod etiam alis Geryonem induit fr 6 B.

Neque plus de columnis ab Hercule conditis dici potest. Nam interpretationum, quas Strab p 170 sq composuit, nullam Apld addidit.

Deinde res, quas de pugna ipsa narrat, aliunde minime notae sunt. Nam neque Abas mons neque fluvius Anthemus [5]) ne Menoetes [6]) quidem ab alio scriptore commemoratur.

---

1) Locos optime, si nil me praeteriit, collegit De Witte l c p 132 sqq.

2) Etiam Hecataeus (fr 349 M) nominasse certe nomen Erythiae videtur, sed ut statim reiceret. Nempe pugnat contra Hesiod theog 290 vel alios epicos poetas. Quo iure cf Wil *Her* I 304 et ap J. Escher, *Triton und seine bekämpfung durch Herakles* (Lpz. 1890) p 101 sq.

3) Heyne p 386. Aut ex Pher aut ex Herodoro: Muellenhoff *D A* I 135.

4) Certe iam ab Herod (IV 8), fortasse a Pind quoque (ap. Strab. III 172).

5) Nam Tzetz Lyc 651 ex Apld hausit; de Hesych s v nihil dicendum est. EM 108, 50 in Mariandynia Anthemuntem novit et cum etiam Alybe et Calpe, quae nomina Herculis columnis sunt, Bithyniae oppida sint, fortasse fabula Heracleotica hic latet, cuius auctorem Herodorum esse facile quis putet. Sed me nescire concedo, quomodo vel pugnam cum Geryone in Bithynia commissam esse narratum sit vel loca Bithyniae ad eam illustrandam adhibita sint.

6) Nisi quod ab Apollodoro ipso (II 5, 12, 7) iterum affertur.

De sequentibus, de Alebione et Dercyno, me nihil eruere potuisse doleo. De Iove Herculem lapidibus adiuvante, qua de re saepius in hoc labore dicitur[1]), apud Apld nihil invenitur. Duo illi homines scelesti etiam aliis locis commemorantur, sed ita ut de fonte Apld. equidem nondum quidquam proferre ausim. Primum Alebion apud Tzetz Lyc 649 affertur, eiusque frater Ligys etiam apud Eustath ad Dion 76; uterque hausit, ut Wil me monuit, ex sch vet Dion l c. Sed ab Hercule non ex Erythia redeunte, sed ad Geryonem proficiscente ille necatur, neque scio ex quo fonte illud fluxerit[2]). Praeterea vero etiam apud Pomp Melam eadem res eisdem fere nominibus allatis[3]) narratur. At cum etiam de Melae fontibus parum constare videatur[4]), ne de Apollodori quidem fonte amplius procedere licet. Itaque Apollodorum etiam hoc loco res fere evanidas tradidisse statuere satis sit.

Tum ab Apld narratur, taurum agmine deserto in Siciliam venisse. Quae res cum causa sit pugnae cum Eryce susceptae, arte cum illa coniungenda est. Habemus autem hic veriloquium, quo Italiae nomen derivatur ab ἰταλῷ, quod est taurus. Idem a Timaeo prolatum est, ut ex fr 12 = Gell XI 1 discimus, qui tamen nomen ex graeco vocabulo, non ex tyrrhenico ortum esse dicit[5]). Sed Timaeus fons Apollodori esse nequit. Nam ut ex fr 11 (= Diod IV 23, 1) videmus, transitus ab Hercule in Siciliam factus itaque pugnae causa aliter ab illo narratur, si quidem Bethe[6]) non modo stadiorum numerum, ut ex Diod verbis videri possit, sed totam fabulam recte ad Timaeum rettulit. Praeterea

1) cf Wil *Her* I 276 n. 25.

2) Muellenhoff *DA* I 448 sq. 453. 456. 462 sch Dion 456—65 ex Timaeo hausta esse demonstravit, atque cum Dion iam 76 easdem regiones tangat, fortasse etiam hic scholia ex Timaeo manasse concludere licet. Atque Wil se hanc historialam Timaeo tribuere mecum communicavit. Dubitanter nunc etiam Geffcken, *Timaios' geographie des westens*, p 79.

3) Bergyos Bursian et antea Heyne ad Apld 399 in Δέρκυνος mutare volebant, contra C. Mueller (*geogr. gr. min* II 231) Apollodori Δέρκυνος in Βέρκινος.

4) Si Oehmicheni (*plin stud*) sententia, Varronem apud eum latere, recte staret, fortasse etiam ex hac parte ad Timaeum progredi liceret.

5) cf Nissen *ital landesk* I p 61 n 4.

6) *qu Diod* p 33—6. Item Geffcken, *Timaios' geogr d westens* p 53.

vero ap Varr d r r II 5, 3 diserte 'aliis' opponitur, qui cum Apld consentiunt. Sed eandem etymologiam etiam apud Hellanicum fr 97 M habemus. Etiam hic tradit, taurum ex grege fugisse et ab eo terram Italiam vel potius Vitaliam nominatam esse. Sed ne hic quidem fons esse potest, vel aliis demum auctoribus interpositis. Nam primum non Siciliae pars, ut apud Apld nunc videtur, sed tota illa pars, quam bos percurrit, Italia vocatur, deinde non Rhegii segregatur. Et hoc fortasse id est, quo confusio apud Apld nata est.

Habemus enim apud Hellan, bovem aliquo loco — fingamus Lucaniae — decessisse atque, cum in Sicilia ab Hercule repertus esset, terram ab eo percursam Italiam nominatam esse, id quod saepius traditur [1]). Praeterea saepius narratum videmus, Rhegium oppidum a verbo, quod est ῥήγνυμι, nomen accepisse, scilicet quod terra olim cohaerens illo loco dirupta sit [2]). Apud Apld autem ob eam causam Rhegium vocatur, quod ἀποῤῥήγνυσι ταῦρος. Nam hoc etymologiae causa dictum esse, ut iam Heyne vidit (p 400), neminem puto negaturum esse. Ita factum est, ut non paeninsulae, quae Bruttium postea nominata est, Italiae nomen data sit, sed parti Siciliae. Quodsi Hellanicus is est, ex quo primum haec fabula fluxit, certe aut quispiam intercalandus est, qui hoc veriloquium aliunde non notum protulit simulque certo loco (sc. Rhegii) bovem gregem reliquisse narravit, aut Apollodorus ipse hoc finxisse sumendus est [3]).

Neque pugnae ipsius fontem enucleare possum. Nam primum id, cur ab aliis illa narratur, apud Apld non legitur. Alias enim Hercules, si victus sit, gregem adversario se daturum esse pollicetur, Eryx autem terram, cui praeest. Habemus igitur fabulam, id quod in historiis Geryonis expeditione insertis saepius factum videmus, quam Dores usurparunt, ut terram suam a principio esse praetenderent; vel fortasse fabula tum demum ficta est, cum Dores illam terram occupaturi essent, quod quando factum sit in hoc quidem casu nunc quoque videre possumus [4]).

---

1) cf Niebuhr, *roem gesch* I 15—25; Nissen l c I 61.

2) Ita Bethii (*qu Diod* p 41) sententia etiam Timaeus. cf Nissen I 96.

3) Simul ex hac deliberatione sequitur, in verbis Apollodori, id quod facile quispiam putet — Mueller *FHG* I 140 in versione certe transposuit — nihil mutandum esse, nihil transponendum.

4) cf Hdt V 43. Paus III 16, 4 IV 36, 4 (ex Hdt?) Diod IV 23, 2.

Deinde Erycem Elymum regem esse ab aliis auctoribus certe non dicitur, et Neptuni filium eum esse apud Apld solum legimus [1]). Denique etiam in minutiis certaminis res habemus plane singulares, scilicet apud Vulcanum boves depositas esse et ter Erycem superatum. Itaque, ut saepius iam in hac fabula, ita hic peculiarem quandam speciem Apollodorum prae se ferre statuendum est.

Idem denique dicendum est de Iunone bobus rabiem mittente et de bobus ab Eurystheo Iunoni immolatis et de Strymone lapidibus repleto [2]).

Tota igitur fabula perpensa, de Apollodori fontibus eruendis desperandum esse puto. Certe autem quidquam ad Pherecydem referendum esse nullam causam esse demonstrasse mihi videor.

Venimus ad aves Stymphalidas, de quibus Apld II 5, 6 haec narrat: Sextum Herculi laborem Eurystheus imperavit, ut illas fugaret: ἐκδιῶξαι. Quae apud Stymphalum Arcadiae urbem, prope lacum quendam, versabantur et pisces [3]) timentes in silvam opacam confugiebant. Atque Herculi ignoranti, quomodo inde illas expelleret, Minerva crepitacula aenea dedit, quae ipsa a Vulcano adepta esset [4]). Haec ille in monte ibi sito pulsans aves perterruit vel fugavit: ἐφόβει. Cum strepitum non sustinentes timidae evolassent, ab Hercule sagittis transfixae sunt.

Atque ceteris auctoribus, qui hanc fabulam narraverunt, perquisitis primum Mnaseas (fr 8 M (III 151) = sch Apln II 1052) verbo abiciendus est, quod Euhemeri morem secutus Stymphalides feminas fuisse dixit, quarum pater Stymphalus, mater Ornis fuisset [5]).

Vetustissimus autem fabulae testis est Pisander Camirensis. Qui (fr 4 Ki = Paus VIII 22, 4) ut Apld narraverat, ab Her-

---

1) Discrepant Diod IV 83, 1 St. B s v Ἔρ. — Sed hoc quidem secundum tot alios Neptuni filios ab Hercule occisos fingi potuit.

2) De Oronte idem narrat Tzetz in confuso itaque minus perspicuo scholio ad Lyc 697, quod unde sumptum sit dubium est.

3) Ita recte Hercher intellexisse videtur.

4) i. e. ἡφαιστότευκτα (cf Preller-Robert *gr m* I 182 sq), ut sch Apln II 1056 revera nominantur.

5) Id tantum animadvertendum est, apud eum auctorem, cuius fabulam suo modo interpretatus est, aves necatas fuisse.

cule crepitaculis uso aves fugatas esse: *ἐκδιώξειεν*; sed nihil nisi hoc dixerat: nam ut Paus expresse adnotat, apud eum non necabantur, sed expellebantur [1]). Item Apln II 1053 tradit, Herculem arcu usum nihil contra aves profecisse, sed crepitaculo, quod *ἐπὶ σκοπιῆς περιμήκεος* pulsasset, procul expulisse [2]). Atque facit poeta Argonautas cum avibus in insula, cui nomen est *Ἀρητιάς*, convenientes. Huc etiam Ausonium (id 19, 5 (33, 5 Schenkl)) spectare verisimile est, cum dicit Stymphalidas pepulit volucres, et Nonn XXIX 240: *Στυμφαλίδας ἤλασε*, hunc ob eam potissimum causam, quod strepitum ab Hercule factum cum exercitus comparat. Denique aves fugari tantum tab Farn p 74 J exhibet et Diod IV 13, 2 [3]). Vetustiores igitur huius fabulae generis auctores habemus Pisandrum, Apollonium, auctorem Diodori, neque apud posteriores evanuisse id elucet.

Contra necantur aves ut apud Apld ap Paus VIII 22, 4, Senecam [4]), Martial IX 101, 7, Quint Sm VI 227, in quibus auctoribus dubium est, num aves antea crepitaculo excitatas esse nobis fingendum sit. Utrumque expresse dictum est apud Strab VIII 371 et Pherec fr 32 sch Apln II 1052: *Φ. φησὶν ὄρνιθας εἶναι* (sc. *τὰς Στυμφαλίδας*) *καὶ ἀναιρεθῆναι πρὸς Ἡρακλέους πλα-*

---

1) Cum Paus loco optime coniungi posse sch Apln II 1088 (= Pseudopis fr 14 Duebn) Schubart putavit (*Hall litt ztg* 1840 p. 527) itaque etiam hunc Pisandrum poetam esse Camirensem. Sed non de Stymphalidibus ex Arcadia, sed de avibus ex Aretia insula expulsis agitur (quod confirmatur verbis ὅϑεν καὶ ἐληλύϑεσαν). Itaque verisimilius est, hoc scholium Camirensi demendum esse, ut post Welckerum (*ep c* I 91 sqq) omnes putaverunt: Duentzer, Duebner, Kinkel, Robert (*de Apld bibl* p 61), Bethe (*theb held* p. 5 n 10).

2) Idem narrat EM s v Στυμφαλίδας ὄρνιϑας. Sed hoc numerus testium fabulam ita narrantium non augetur: nam EM est schol Apollonii. Etiam scholii ad v 1054 verbis ἃς Ἡρακλῆς ἀπεδίωξεν poetae ipsius verba exprimi per se patet.

3) Hunc ex Matride, rhetore Thebano, hausisse Bethe putat p 41 sqq. Ut sit Matris fons — de qua re in tanta fragmentorum penuria sane licet dubitare — tamen eum ex antiquioribus hausisse verisimile est. Atque Herculem crepitaculum non, ut apud Apollodorum, a Minerva accepisse, sed ipsum sibi fecisse Hellan dixerat fr 61 M = sch Apln II 1056. Sed hunc fontem esse non contenderim, postquam quae alia Hellanici vestigia in hac Diod parte exstent quaesivi. Nam c 11, 5—6 deest quod Hell fr 40, c 15, 3 quod fr 98 narrat, et c. 16, 4 discrepat a fr 76. Contra expeditio in Colchidem cum bello contra Amazonas gesto c 16, 1 eodem modo coniungitur atque apud Hellan fr 33.

4) Locos vide a Friderico Leo in indice allatos.

ταγῆς δοθείσης αὐτῷ πρὸς τὸ κτυπεῖν καὶ ἐκφοβεῖν αὐτάς. Hoc igitur plane convenit cum Apld itaque Robert (p 67) et antea O Mueller (Dor II² 452) putaverunt, hunc ex Pherecyde sua hausisse. Cum utroque auctore coniungi potest sch Apln II 1056, qui crepitaculum ἡφαιστότευκτον esse dicit et Herculi a Minerva datum. Ex Apln hoc certe non sumptum est, sed dolendum est, auctorem non afferri, sed rem verbo φασι inductam esse. Sed etiam hoc ex Pherecyde paullo antea allato manasse, non aliis causis subvenientibus putandum non est. Huius igitur fabulae fontes habemus praeter Pherecydem, Strabonem, Paus, Apld et ut antea (p 47 n 5) dixi Mnaseam. Omnes hos ab antiquioribus pendere non opus esset dicere, etiamsi non Strabo vel potius Apollodorus Atheniensis diceret μυθολογοῦσι.

Quaestio igitur fit, quae ratio intercedat inter duo haec fabulandi genera. Atque Heyne ad Apld p 366 dicit, eam fabulam, qua aves fugantur tantum, a Pisandro novatam esse atque addit 'hoc ex Pausania discas'. At apud Paus res ita intelligenda est, ut fontem eius fabulam aliter exhibuisse quam Pisandrum dictum sit. Sed fortasse alia ratiocinatio ad eandem sententiam fert: scilicet Stymphalides aves in insula illa Ponti Euxini transpositae sunt et ob hanc causam eas ab Hercule non occisas sed pulsas esse fictum est. At Pisander vix ideo eas fugatas induxit, ut Argonautis iterum pugnam incitarent: nam hi in Heraclea vix locum habebant. Atque omnino contrarium concludere licet: fugatae tantum erant itaque alias denuo partes suscipere potuerunt. Deinde non referebat aves interfici, sed Arcadiam eis liberari. Quodsi quis indignum esse opinatur, aves crepitaculo solo ut Stymphalum relinquerent commotas esse — id quod fortasse causa erat fabulae mutandae — obvertendum est, hoc crepitaculum a deo factum esse et donatum a dea. Contra aliis indignum videbitur, auxilium deorum eam ob causam peti, ut bestias venatori quasi in plagas agitent.

Itaque puto utramque fabulae speciem vetustis iam temporibus exstitisse, primum aves interfici — id quod non solum ab auctoribus Mnasea et Apollodoro Atheniensi antiquioribus traditur, sed etiam monumentis longe antiquissimis[1]) confirmatur —

1) Quae Furtwaengler in *Roscheri lex myth* composuit. Quod altera fabulae species monumentis non exhibetur, considerandum est aves expulsas tantum esse ab artifice vix potuisse depingi.

deinde fugari tantum et in hac fabula crepitaculum sive deorum subsidium loco suo stare.

Sed his in universum perpensis Apld narrationem accuratius inspiciamus. Atque *ὄρνεις ἄπλετοι, κρόταλα χάλκεα* poetae dictionem referre videntur. At talibus verbis etiam Pherecydes saepius utitur. Sed si non pisces illi — nam hoc ex fabula qualibet recipi poterat — tamen *ἐπί τινος ὄρους* poetae descriptionem redolere videtur; scilicet res peculiariter dicta, quae non ad fabulam ipsam quidquam efficit, sed eo tantum consilio ita narrata, ut singula quaeque quasi oculis spectemus. Hoc si quis concedit, porro *ἐφόβει* et *μετὰ δέους ἀνίπταντο* nescio qui vocabula epica *φοβεῖν* et *φοβεῖσθαι* continere videntur. Cum denique contulerimus Herculi nihil mandatum esse, nisi *τὰς ὄρνιθας ἐκδιῶξαι*, ad eum finem, nisi fallor, cogemur, fabulam cum verbis *μετὰ δέους ἀνίπταντο* (vel *αἱ δ' ἐφέβοντο τηλοῦ ἀτυζηλῷ ὑπὸ δείματι κεκληγυῖαι*) confectam esse et verba *καὶ τοῦτον τὸν τρόπον Ἡρακλῆς ἐτόξευσεν αὐτὰς* ex altero fabulae genere addita esse.

Verba modo allata (*αἱ δ' ἐφέβοντο κτλ.*) Apollonii (II 1057) sunt itaque fortasse quis putet ex hoc Apollodori fabulam manasse et *ἐπί τινος ὄρους* comparatum cum *ἐπὶ σκοπιῆς περιμήκεος* huic sententiae faveat. Sed ut crepitacula a Minerva donata intelligantur, non modo poetam ipsum, sed etiam scholia usurpata esse censendum sit. Denique res peculiariter dictae neque apud eum neque apud scholiastas inveniuntur. Itaque puto iam ab Apollonio ex carmine epico haustum esse, id quod cum omnino non miramur tum hoc loco minus est mirum, quia haec fabula tamquam in excursu tangitur.

Quae cum ita sint, censeo Apollodorum in priore parte ex carmine epico hausisse — utrum Pisandri nomen dici liceat necne vix diiudicari possit — alterum, scilicet interfici aves, cum illo compilasse. Atque hoc ex aliis atque Pherecyde eum sumere potuisse demonstravi, sed fortasse ex eo sumpsit, nisi etiam de Pherecyde dubitari potest, i. e. fragmenti verba ex Mnaseae frustulo cum illo composito sunt orta.

Tum de eis fabulis disserendum est, quae cum Herculis partu cohaerent. Priusquam autem ad Apollodorum accedamus, de fundamentis dicam, quibus quae de Pherecyde scimus nitantur.

Atque primum sch λ 266 (fr 27) ex eo sumptum esse subscriptione discimus, atque hoc dubium non videtur esse. Nam et in Homeri versibus, quos scholiasta interpretari vult, brevissime fabula commemoratur — ita ut ex poetae paraphrasi hoc ortum esse non suspicandum sit — et poculum illud Alcmenae a Iove datum memoratur ex Pherec etiam ap Athen XI 474. Deinde hh dd sch Ξ 323 (*FHG* IV 638a) ex Pherecyde fluxisse subscriptioni crediderunt. Sed primum sch plane cum Hesiodo consentit, nisi quod Amphitryo annum Teleboas obsedisse additur. Praecipue autem id cum Hesiodo congruit, ab Amphitryone irato Electryonem necatum esse, quod discrepat a Pherec sch λ, qui Amphitryonem invitum interfecisse dicit. Praeterea videndum est, quomodo subscriptio codicibus firmetur. Exstat igitur adhuc in nullo codice nisi Vratislav et id post scholium, quod ad Lyc 33 spectare Maass recte adnotat. Si igitur hoc scholium a priori separatur, scilicet ad aliud lemma positum est, ut in codd AT factum est, error scholiastae statuendus est. Sin autem coniungitur, ut in B est, Pherecydem ad priorem partem trahere codicibus nobis licet; sed tum propter discrepantiam a sch λ id maximum concedere possumus, Hesiodi hypothesin cum Pherecyde compilatam esse. Neque tamen puto, ex hoc sch contra sch λ concludendum esse, Pher cum Hesiodo concinere. Id igitur tantum ex hoc scholio pro Pherecyde elici potest, quod de expeditione ipsa dictum est (praecipue *ἐνιαυτὸν προςεδρεύσας*, quod ex Hesiodo sumptum non est). Nam hoc apud Pherec traditum fuisse ex ipsa sch λ condicione efficiendum est. Postquam enim Amphitryonem adversus Teleboas profectum esse dictum est, pergitur: hac nocte Iupiter advenit. Etiamsi enim hoc ita dici posset, ut eam noctem, quae res antea dictas sequebatur, intellegeremus, tamen non tum Iuppiter ad Alcmenam venit, cum Amphitryo profectus est, sed cum ex bello iam revertit. Scholium igitur prius plenius fuit.

Deinde etiam Apollodori (II, 4, 5 — II, 4, 8) narrationes inspiciendae sunt. Atque Mestoris filiam Hippothoam dicit, ex qua Neptunus Taphium suscipit. Hic Taphi incolas Teleboas nominat, *ὅτι ⟨ἡ μήτηρ?⟩ τηλοῦ τῆς πατρίδος ἔβη*. Qua derivatione heros Teleboas exclusus est. Ex Taphio Pterelaos oritur, quem Neptunus aureo capillo imposito immortalem reddit. Qua in re fortasse iam miramur, non filium a Neptuno sed nepotem immor-

talitate donari [1]), at certe ab alia parte Taphium hic insertum esse demonstrari potest. Nam Pterelaus est filius Neptuni et Hippothoae apud Herodorum (sch Apln I 747) et idem Pterelaus is est, contra quem Amphitryo proficiscitur (Theocr 24, 4) apud Apld ipsum II 4, 7, 4. Idem sequitur, cum Teleboarum expeditionem II 4, 6 accuratius consideraverimus. Nam postquam Pterelai filii praeter Euerem necati sunt, ceteri fugiunt: *τῶν δὲ Ταφίων οἱ διαφυγόντες κτλ.* Itaque exspectamus etiam illo loco, ubi qui contra Electryonem profecti sint enumerantur, praeter Pterelai filios Taphios memoratos esse. Itaque Heyne pro *Ταφίου* (p 50, 10 Hr) *Ταφίων* scripsit. Sed elucet Heynium Apollodori confusionem correxisse; nam propter genealogiam ille *Ταφίου* scripsit, quod a Tzetza, qui ad Lyc 932 locum exscribit, confirmatur. Confusione autem omnia perversa sunt. Nam primum Pterelai filii contra Electryonem superstitem proficiscuntur, id est nepotes Taphii contra eum, qui Taphii avi frater est, deinde avus illorum ipse expeditionis particeps est, cum pater domi maneat, et Licymnius, secundum genealogiam proavi aequalis, *ἔτι νέος* est.

Deinde Electryonis filii Pterelai natos *ἐκ προκλήσεως ἀλλήλους ἀπέκτειναν,* quo nihil aliud significatum puto nisi singulos illorum a singulis horum interfici. Atqui antea habemus sex Pterelai filios, novem Electryònis. Habemus igitur iterum discrepantiam inter genealogiam et pugnam, sed hanc apertam, illam conglutinatam.

Tum ne sequentia quidem, scilicet bellum ab Amphitryone contra Teleboas gestum, cum genealogia concinunt. Nam ut Robert (*de Apld bibl* p 33) recte animadvertit, Perimede soror Amphitryonis II 4, 6, 6 affertur, quae II 4, 5, 2 non memoratur. Sed etiam hac in re habemus aliquid, quod coniungat. Nam ut Wil me monuit, Heleius ille locum non habet nisi in expeditione, scilicet is est, a quo urbs nomen habet; sed tamen genealogiae iam insertus est. Nam si hic recte staret, et ipse heres esset Persei et praeter Sthenelum in patrimonio suscipiendo respiciendus esset, quod II 4, 6, 5 factum non esse videmus.

1) Quamquam ne Iphiclus quidem aut Periclymenus, quibus dona a deo dantur, filii sunt Neptuni. cf ex gr Hes fr 143 Rz, Apln I 156 c sch. sch Pind Ol 9, 43; P 4, 306.

Denique habemus hoc stemma:

| | |
|---|---|
| Alcaeus | Mestor |
| \| | \| |
| Amphitryo | Hippothoe |
| | \| |
| | Taphius |
| | \| |
| | Pterelaus |
| | \| |
| | Comaetho, |

atqui Amphitryo II, 4, 7, 3 pugnat contra Pterelaum eiusque filia (quae praeterea II 4, 5, 3 non nominatur) Amphitryonem amat. Sed etiam hic discrepantia videtur conglutinata esse aureo illo capillo Pterelai, quo quod II 4, 7 narrabitur quasi praeparatur.

Itaque genealogia ab insequentibus segreganda est. Sed ne narrationes quidem, quae II 4, 6, 1—5 et II, 4, 6, 6—7, 5 'exstant, inter se recte cohaerent. Nam ut Wil me monuit discrepant II 4, 6, 3 et II 4, 6, 6. Ibi enim Electryonem filiam Amphitryoni iam in matrimonium dedit, hic autem ei se nupturam esse pollicetur, qui Teleboas ultus sit.

Hactenus igitur satis certo procedi posse puto. Sed nunc cum velimus eruere, quid Apollodorus ante oculos habuerit, vel quos fontes compilando commiscuerit, diiudicatio satis certa nón datur. Nam primum in genealogia et alios auctores nimis paucos habemus neque quos habemus nisi quadam vi in consensum referre possumus. Nam discimus ex sch T ad *T* 116 (quocum confusum argum *Δ* Hes sc ap Rz convenit) Hippothoam Pterelao nupsisse. Et hoc etiam Apollodoro ante oculos fuisse libenter crederemus. Nam tum bene intellegeremus, Pterelai filios *τὴν Μήστορος ἀρχὴν τοῦ μητροπάτορος* reposcere (ubi Heyne *τοῦ μητρ.* delere voluit) et bene quadraret, eos contra patruos pugnare. Tum igitur Neptunus, a quo Hippothoam in matrimonium ductam esse et Apollodorus et Herodorus tradunt, aut omnino segregandus est aut Hippothoam praeter mortalem etiam divinum maritum habuisse sumendum. Sed accedit sch Apln I 747. Hic enim traditum est: *περὶ δὲ τῆς μάχης Ἡρόδωρος ἱστορεῖ κτλ.*, tum sequitur stemma, in quo verba corrupta sunt, tum de pugna dicitur: *ἀντιστάντες κτλ.* Elucet igitur verba inde a *περὶ δὲ τῆς μάχης* usque ad *ἀνῃρέθησαν ὑπ' αὐτῶν* Herodoro tribuenda esse.

Verba tradita sunt haec: ... *Ἱπποθόη, ἧς καὶ Ποσειδῶνος Πτερέλαος. τηλεβόας. ὡς δέ τινες Πτερελάου τοῦ Τηλεβόου ἐγένοντο παῖδες οἱ καλούμενοι Τηλεβόαι.* Quae Wil ita restituere vult: *Πτερέλαος, ὡς δέ τινες Τηλεβόας.* Sed primum persuadere mihi nequeo, Herodorum contra alius auctoris fabulam pugnasse; deinde asyndeton habemus: *Πτερελάου τοῦ Τηλεβόου*; denique *τοῦ Τηλεβόου* tamquam ethnicon sumendum nobis esset, quod propter finem totius scholii, ubi res antea dictae partim repetuntur, vix credi potest. Itaque ad violentam mutationem tandem progrediendum mihi esse putavi. Credo enim primum ad verba *ἧς καὶ Ποσειδῶνος* variam lectionem, ut ita dicam, adscriptam fuisse (*ἧς καὶ*) *Πτερελάου τοῦ Τηλεβόου κτλ.* Si hoc sumimus, etiam *τῆς μητρὸς* ex hac lectione ortum esse puto, neque cum Wil cogor mutare *Ἱπποθόης τῆς Μήστορος*, quae coniectura primum mihi valde adridebat. Tum autem Pterelai filios desideramus, ad quod *ἐλθόντες* referendum sit,* neque intellego cur non cum ed. pr. scribamus *τοῦ δὲ Τηλεβόας καὶ Τάφιος*, praesertim cum etiam haec verba, ut modo memoravi, repetantur. Si igitur Herodori narrationem restituere volumus, scribendum puto: *ἧς καὶ Ποσειδῶνος Πτερέλαος, τοῦ δὲ Τηλεβόας καὶ Τάφιος* [*ὡς δέ τινες* (*αὐτῆς καὶ* addere debuit qui nostrum scholiorum corpus composuit) *Πτερελάου τοῦ Τηλεβόου ἐγένοντο παῖδες οἱ καλούμενοι Τηλεβόαι*]. *Ἐλθόντες δὲ ἀπῄτουν Ἠλεκτρύωνα τὰ τῆς μάμμης ἑαυτῶν* [*τῆς μητρὸς*] *Ἱπποθόης*. Hoc pro certo haberem, nisi dubitatio, quamvis parva, remaneret. Tradit enim Anaximander ap Athen XI 498 c Teleboam a patre Neptuno poculum illud accepisse, hunc autem Pterelao prodidisse. Si nobis fingimus, quod facile, puto, facimus, Pterelaum Teleboae filium esse, hoc plane concinit cum ea fabula, quam in sch Apln additum esse modo sumimus et Apollodoro inde a II, 4, 6 praesto fuisse putem. Sed concedo Neptunum nos libenter eodem modo cum hoc genere coniunctum nobis cogitare, quo alias videmus, scilicet eum cum Hippothoa hanc progeniem genuisse. Si hoc plane necesse esset, ad eam sententiam confugiendum esset, priorem Teleboam, Pterelai patrem, cum posteriore, eius filio, confusum esse — et hoc modo fortasse quinque illa genera in quibus apud Apld offendimus, declarari possent — sed hoc ita esse apud Athen non dictum est et haud scio an Anaximander tertiam genealogiam protulerit. Habemus igitur stemmata haecce:



I apud Herodorum: Mestor
|
Hippothoe — Neptunus
|
Pterelaus
|
Teleboas. Taphius

II apud Apld II, 4, 6, sch Apln, sch T:
Mestor
|
Hippothoe — Pterelaus
|
filii

III apud Anaximandrum: Neptunus
|
Teleboas
|
(Pterelaus)

quorum alterum et tertium quolibet modo concilianda fortasse sunt.

Quodsi quis eruere velit, unde Apld sua stemmata (II, 4, 5) hauserit, desperabit, cum ipsum tres auctores, nominibus non dictis, de Amphitryonis matre afferentem viderit. Atque cum alia de hac re testimonia comparaverit, omnia fluctuare cognoscet, ut saepe fit, ubi de heroum matribus agitur. Id tantum dici posset, Nicippam Pelopis filiam Sthenelique uxorem etiam apud Hesiodum (fr 120 Rz) esse, si sch T ad *T* 116 fides esset: sed sch A ad l c ab Hesiodo Antibiam Amphidamantis filiam nominatam esse traditur. Fortasse etiam Herodori genealogia compilando obscurata est. Sed certi nihil proferri potest nisi Pherecydem, quantum videmus, fontem non fuisse, quippe qui eandem feminam Amphibiam Pelopis filiam dixerit fr 31 = sch A ad l c.

Neque de fonte historiae sequentis quidquam exploratum habeo. Nam compluria plane singularia sunt. Primum enim filios Pterelai et Electryonis invicem se interficere aliunde non scimus: apud Pherecydem, Herodorum, Apln autem Electryonis filios ab illis necatos esse dicitur. Praecipue autem id non intelligimus, Euerem servari. Nam exspectamus, illum serius aliquid facturum esse, ut Licymnius facit, sed nihil de eo scimus. Deinde boves apud Polyxenum depositos esse hic tantum narratur, neque iam Electryonem expeditionem suscipere voluisse ex alio auctore audimus. Si denique quis id premere velit, quod

apud Apld narretur, Electryonem a genero invito interfici, ex Pherecyde sumptum esse, obvertendum est, hoc non minus bene ex falsa Hesiodi interpretatione manare potuisse. Praeterea eodem modo fabulae saepius mutatae videntur sive a certarum regionum incolis sive scriptoribus, nimirum ut heros quidam innocens redderetur. Plane idem sane eodem casu narrato habemus in Tlepolemi fabula: cf ex gr sch Pind Ol 7, 46 et 49.

Ad sequentia progredientes (II 4, 6, 6 sqq) primum, ut antea memoravimus, Perimedam aliunde non notam invenimus, deinde Licymnium cum Amphitryone Thebas profectum esse narratum habemus. Cuius rei nusquam vestigium videmus, sed semper, quantum video, et apud Apld II, 8, 2, 2 ipsum in Peloponneso est. Hoc igitur quo consilio inductum sit, non iam intelligere possumus.

Deinde habemus fabulam de vulpe Teumesiaca. Atque omnibus veterum non solum de hac re sed etiam de Cephalo Procrideque narrationibus comparatis cognoscimus Apld III 15, 1, 3 et Ant Lib 41 congruere (de ea re potissimum Procridem ad Minoem fugisse). Apollodorus autem illo loco ex Istro hausisse videtur [1]). Quae cum ita sint, facile quis coniciat, etiam hoc loco Apollodorum, cum plane cum Ant Lib consentiat, idem atque Istrum narrasse. Quae coniectura confirmatur Hyg astr II 35, ubi Ister huius rei testis affertur (et id ubi Hyg ab Eratosthene, quem in tota fabula sequitur, discrepat). Itaque iam Robert in adnot ad Erat 33 hoc animadvertit. Cum autem cetera, de expeditione et de filia Pterelai, vix apud Istrum exstiterint, opinetur quispiam fabulam de vulpe hic ab Apld insertam esse. Sed hoc ideo parum verisimile est, quod non solum Cephalum expeditioni interfuisse hac fabula declaratur, sed etiam Creontem, fabula igitur ab utraque parte optime cum ceteris connexum est. Atque illam multo vetustiorem esse Atthidographis confirmatur quidem Photio s v *Τευμ.*, qui *τοὺς τὰ Θηβαικὰ γεγραφότας* (et *ἐπικὸν κύκλον*) testes affert, etiamsi Bethe (*theban held* 163) dubitat.

Ex fine vero fabulae fons Apollodori cognosci potest. Nam cum bene intellegamus, cur Heleius et Cephalus socii Amphitry-

1) cf Wil *Herm* XVIII 424; Wellmann, *de Istro Call* p 67 sqq; Töpffer, *att gen* 258. — Hyg f 189, qui ex hac narratione Cretam servavit, eas fabulas videtur compilasse, quas Ovidius (met VII 697 sqq) et Antoninus ante oculos habebant.

onis sint — nam ab utroque urbes nominantur — hoc de Panopeo ex Apollodoro quidem videre non possumus. Apud eum nihil facit, ut antea Eueres. Sed hic ex aliis auctoribus, quas partes ille susceperit, supplere possumus. Nam Panopeus ex communi praeda puellam surripit, Lagariam (sic Meineke et Maass), ex qua Epeum suscipit: sch T ad Ψ 665. Hic autem in Italia urbem condit, cui matris nomen dat: Strab VI 263 (= St B *Λαγαρία*). Strabonem autem hic omnino ex Timaeo hausisse putat Hunrath (*de Strab VI fontibus* diss Marburg 1879 p 21 —26). Etiamsi de hac sententia dubitari licet (cf Geffcken, *Timaios' geogr d westens* p 37—39), tamen totam hanc historiam et Comaithus amorem [1]) apud Lyc 930—50 habemus, quem saepe ex Timaeo hausisse constat, praeterea vero (Aristot) mir. ausc. 108 (116) accedunt, de quibus idem notum est [2]); itaque certum videtur esse, Timaeum huius fabulae fontem esse [3]). Sed cum apud eum hanc historiam ad Lagariam urbem adnexam fuisse verisimile sit neque nos sciamus, quas fabulas huic rei adhibuerit vel quam accurate singula exposuerit, vix potest diiudicari, quid fabulae Apollodoreae praeter exitium ei tribuendum sit.

Denique id verbo tangam, partum ipsum apud Apld a Pherecyde abhorrere. Nam non modo poculum Alcmenae datum hic deest, sed Amphitryonem et Iovem non eadem nocte venire discrepat. Neque tres noctes Iovem apud illam mansisse cum illo concinit, et omnino serioris fabulae videtur proprium esse [4]).

Deinde de Hercule ad Con insulam veniente dicendum est, qua de re Apld II 7, 1 loquitur. Atque praemonendum est, hanc historiolam et apud Diod deesse, neque apud alium mythographum traditam esse. Facile igitur quis concludat, eam ne in enchiridio quidem exstitisse. Namque quod in tabula Farnesiaca tangitur, non necesse est, contrarium efficere. Illa

---

1) Sed hic secundum scholia non Amphitryonis, sed Cephali. — Praeterea Comaitho nisi his duobus locis non inveniri videtur.

2) Quamquam Muellenhoff *DA* I 434—6 haec capita ex Timaeo fluxisse negat.

3) Haec Wil benigne mecum communicavit. Nunc cf Geffcken l c p 18. 139.

4) De sequentibus cf supra p 35.

enim multo plures Herculis fabulas exhibet, quam secundum Apld et Diod et alios auctores in enchiridio fuisse videntur, quin etiam omnes fere, quas undecumque novimus vel etiam plures. Sed dicat quis Apollodorum illud ex Pherecyde (fr 35 = sch *Ξ* 255) inseruisse, ita fere ut in Acheloi fabula factum vidimus p. 34 sq. Ut igitur diiudicemus, quae ratio inter utrumque intercedat, quomodo fabula orta et deinceps formata sit enodare conemur. Atque habemus *O* 18 fabulam, Iunonem a Iove compedibus vinctam a caelo suspensam esse. Quodsi haec non naturae rebus declaranda est [1]), certe non opus est declaratione ex historia fabulari petita. Et re vera talis non est affixa *A* 586 sqq. Sed est ita coniuncta iam apud Homerum (*O* 18 et *Ξ* 249), cum Hercule scilicet ad Con appulso. Hanc causam litis inter Iovem et Iunonem ortae serius demum adiunctam esse per se patet [2]). Nam non necesse est, certam quandam Herculis historiam certo loco factam tamquam causam narrari. Et profecto hoc videmus sch T ad *O* 27 et ap Strab VII 330 fr 25 (Apollodorus?), ubi non certa illa Coa historia traditur, sed Herculem sive mari Aegaeo sive Myrtoo vagatum esse narratur. Coa igitur fabula a Iunonis poena segreganda est. Quod cum fecerimus, habemus fabulam, quae per se intelligenda est. Atque videmus, ut saepe, Iunonem Herculem tamquam privignum malis persequentem, Iovem autem servantem. Haec est fabulae forma ap Hom *O* 26 sqq.

*τὸν σὺ ξὺν Βορέῃ ἀνέμῳ πεπιθοῦσα θυέλλας*
*πέμψας ἐπ' ἀτρύγετον πόντον, κακὰ μητιόωσα,*
*καί μιν ἔπειτα Κόωνδ' εὖ ναιομένην ἀπένεικας.*
*τὸν μὲν ἐγὼν ἔνθεν ῥυσάμην καὶ ἀνήγαγον αὖτις*
*Ἄργος ἐς ἱππόβοτον καὶ πολλά περ ἀθλήσαντα.*

Hanc fabulam non vetustam esse, etiam ex eo sequitur, quod cum Herculis expeditione adversus Troiam suscepta et cum pugna cum Alcyoneo commissa coniungitur: *Ξ* 251 Pind N 4, 40; J 4 (5) 46, quas fabulas et ipsas serius excogitatas esse Robert docuit: *bild und lied* 188, *Hermes* XIX 484 sq.

Tum autem haec fabula usurpata est ad gentium Coi habitantium originem illustrandam [3]). Cum enim non solum Dorienses,

---

1) cf sch A 590 Preller-Robert I p 166.

2) Idem videmus in alia fabula: cf Preller-Robert p 167 n 2.

3) cf Wil *Isyll* 52; *Her* I 279; Paton Hicks *inscr of Cos* XIV et 344—8. — Ut hanc fabulam ab antecedente segregandam esse et serius factam

sed etiam Thessali olim Coi consedissent, utrumque genealogia coniunctum est, cum Herculem ibi cum filia regis Thessalum genuisse dicebant: *B* 677 c sch (ex eo sch Pind N 4, 40. Confusa apud Hyg f 97 cf f 81). Hanc fabulam cum illa vix coniungi posse in propatulo est. Nam ibi a Iove servatur [1]), hic eum vicisse et Coi incolas superasse opus est. Atque hanc fabulam sero (verisimiliter ab ingenuis: cf nummos) fictum esse per se elucet. Nam Herculem urbem quandam expugnare, regem necare, cum filia filium gignere quam saepe est narratum [2])! Evolventes nunc Apld videmus plane eodem modo rem expositam quo apud Homerum [3]): *ἐκρέμασεν αὐτὴν ἐξ 'Ολύμπου . . . . Διὸς ἐξαρπάσαντος αὐτὸν οὐδὲν ἔπαθε πλέον*, qua narrandi ratione, ut supra dictum, coniunctio cum Chalciopa exclusa est [4]). Hanc autem potissimum apud Pherecydem habemus. Quare nemo adhuc Pher ab Apld usurpatum esse confirmare ausus est. Cum autem tota fabula ex eis orta sit, quae iam apud Homerum leguntur, primum non mirum est, Pherecydem et Apollodorum in quibusdam rebus atque etiam verbis consentire, tum autem ne id quidem erui potest, quae in initio scholii Pherecydis sit, quae ex Homeri interpretatione fluxerit [5]).

---

putem, versus modo allati commovent, quamquam Hicks p XIII censet, etiam poetae Ξ O familiae vel gentis fabulam, ut ita dicam, quam in catalogo habemus, notam et ab illo significatam esse, cum alii non solum catalogum seriorem esse Iliade putent, sed etiam hanc de insulis illis partem catalogi additamentum.

1) cf. sch Theocr 7, 131.

2) cf praecipue sch Pind N 4, 40: λέγεται δὲ πεπορθηκέναι διὰ τοὺς Χαλκιόπης ἔρωτας cum Oechaliae expugnatione et Iola: ex gr Soph Trach 350 sqq. Quod iam Preller *gr myth* II[2] 236 n 6 et Paton-Hicks p 347 monuerunt. — Non intellego fabulam ab Hygino f 254 significatam.

3) Sed Apld ex Homero ipso non hausisse elucet: 'Αστυπαλαίας. ἐτρώθη δὲ κατὰ τὴν μάχην ὑπὸ Χαλκώδοντος. — Herculem a Coo ad Gigantas defligendos proficisci cum Pindaro potissimum congruit.

4) Itaque Apld sibi ipse non constat, cum II 7, 8, 9 Thessalum ex Chalciopa natum commemorat.

5) Sed quod Αἰγαῖον πέλαγος diserte affertur, certe ex cōntroversia sch T ad O 27 (cf Strab VII 331 fr 58) ortum esse videtur. cf supra p 40 sq. — Dicendum est etiam id, αἴτιον apud Plut qu Gr 58 peculiares res neque aliunde notas exhibere, cf Hicks p XVI n 1.

Fortasse non inutile est monere, plane similem, quod attinet ad fontem, esse fabulam de Pyli expugnatione: Apld II 7, 3, 1. Nam Diod (post 33, 4) hanc omittit et 31, 4 diversam causam narrat (quae consentit cum sch A

Restat denique una fabulae de Hercule Hesperidum poma apportante, quae Wagneri opinionem firmare posse videatur. Nam cum Pherecydis fragmenta (33 sqq) cum Apollodori narratione (II, 5, 11) comparaverimus, vix dubitare poterimus, Pherecydem ab Apollodoro exscriptum esse, ut iam Heyne, Sturz, Robert putaverunt, vel potius ab enchiridii auctore. Sed etiam hic fabulae de Lindiis et de Cycno insertae sunt, neque minus in fabula de Busiride tradita contaminatio agnoscenda esse videtur[1]).

Respicientes igitur omnes Pherecydis de Hercule fabulas, quae cum Apld in hac quidem parte comparari possunt, id certum esse puto, Wagneri sententiam plane abiciendam esse. Quod autem ipse, quos alios auctores ille sequatur, nullo fere loco eruere potui, aut omnino inopia fontium excusetur aut eo, quod Apld narrationes saepe singulares sunt neque iterum apud alios scriptores inveniuntur. Si vero cui nimis caute egisse videor: dubium videtur, utrum melius sit quae quis scire potest haec eum exhibere an coniecturas proferre, quae ita demum utiles sunt, ut ab aliis refellantur et sic ad veritatem detegendam ferant. Nam postquam tam pauca adhuc de Pherecyde eruta sunt, quae certa putari possunt, nihil fere ut notum ponendum esse censeo, in quo quasi in fundamento alia aedificari possint, sed omnia a primis elementis perquirenda esse puto et ita ad commune de toto auctore iudicium adscendendum. Atque valde dubito, num apud nostros de fabulis auctores ita ille lateat, ut adhuc putatum est, et cognoscere mihi videor aliam litterarum quasi provinciam, ubi multo plus ad auctorem intelligendum effodi poterit. Sed de hac re, postquam accuratius inspexerim, alio loco mihi dicendum erit.

---

693 Ael v h IV 5). Apollodorus contra concinit cum Hesiodo (fr 34. 35 Rz + sch A 693). Et Apln I 156 Qu Smyrn II 273 Ov met XII 549—76 Hyg f 10 Hesiodum sequi videntur. Sed iterum haec fabula et in carmine epico et in tabula Farnes. exstat.

1) cf supra p 29 sq. — Radtke, de Lys Alex p 106 sq.

## Addenda.

Omisi fragm Pherec ap schol Dion Per 685: *Ἀσπληδόνιοι χειμασθέντες ἅμα Ἰαλμένῳ τοὺς τόπους* (circa Maeotida paludem) *ᾤκησαν, ὡς Φερεκύδης.* Hoc fortasse post fr 91 addendum est.

fr ap Soran vit Hipp p 449 Westerm (*βιογρ.*): *Ἱπποκράτης τῷ γένει μὲν ἦν Κῷος, υἱὸς Ἡρακλείδα καὶ Φαιναρέτης, εἰς Ἡρακλέα καὶ Ἀσκληπιὸν τὸ γένος ἀναφέρων, ἀφ' οὗ μὲν εἰκοστός, ἀφ' οὗ δ' ἐννεακαιδέκατος· μνημονεύει δὲ τῆς γενεαλογίας Ἐρατοσθένης καὶ Φερεκύδης καὶ Ἀπολλόδωρος καὶ Ἄρειος ὁ Ταρσεύς.*

# VITA.

Natus sum Carolus Henricus Ludovicus Luetke Sedini Pomeraniae in urbe a. h. s. LXIX. die XVIII. mens. Dec. patre Ludovico Eduardo, quem ante hos duodecim annos acerba morte mihi ereptum esse magnopere lugeo, matre Aemilia e gente Fleischmann, qua laetor superstite. Fidei adscriptus sum evangelicae.

Primis litteris imbutus inde ab a. LXXVIII. usque ad a. LXXXVII. Gymnasium Marianum frequentavi, quod florebat auspiciis Gustavi Weicker, viri humanissimi, et nunc floret. Et huic et Carolo Conradt, praeceptori dilectissimo, plurimum debeo. Autumno a. LXXXVII. maturitatis testimonio instructus Berolinum me contuli, ut philologicis et archaeologicis studiis operam darem. Post tria semestria Gottingam petii. Ubi postquam per septies sex menses eisdem et historicis studiis deditus fui, Lichtenbergiam Brunsvigae in vicum transmigravi, ut pueri educandi munus susciperem, quo nunc quoque fungor.

Docuerunt me hh. dd.: Bastian, Brugsch, Curtius, Deussen, Diels, Erman, Kirchhoff, Michaelis, Robert, I. Schmidt, Vahlen, Wilcken Berolinenses; Dilthey, Gercke, Heyne, Leo, W. Meyer, Roethe, Sauppe, Weiland, de Wilamowitz-Moellendorff Gottingenses. Ad exercitationes philologicas Leo et de Wilamowitz, epigraphicas de Wilamowitz, palaeographicas Wilcken, archaeologicas Dilthey, historicas Weiland benigne aditum mihi permiserunt.

Seminarii Regii philologici Gottingensis sodalis fui per quattuor semestria (senior per duo). Societatis archaeologicae-philologicae, cui nomen est Anomia, Berolini et Sodalicii philologici Gottingae sodalem me fuisse ingratus essem ni profiterer.

Omnibus illis viris, qui me docuerunt, iustas ac debitas habeo gratias, quam maximas vero Carolo Robert, tunc Berolinensi, et Gottingensibus Udalrico de Wilamowitz-Moellendorff, Carolo Dilthey, Hermanno Sauppe, quem nuper doctrinae ereptum esse lugent omnes philologi. Quibus viris quantum debeam hoc loco ut vellem profiteri non possum.

# Index.

pag
Aesculapius . . . . . . 6. 17. 31
Amphion . . . . . . . . 20. 31
Apollo apud Admetum . . . 32
(Apollod) bibl
I 4, 1, 4—5 . . . . . . . . 6
4, 3 . . . . . . . . . . 5
9, 19, 3 . . . . 16. 35 n 3
II 1, 3, 3 . . . . . . . . . 7
4, 5—II 4, 8 . . . . 51 sqq
4, 8, 4 . . . . . . . 35
4, 12, 1 . . . . . . . 36
5, 6 . . . . . . . . 47 sqq
5, 10 . . . . . . . 42–47
5, 11 . . . . . . . . . 60
5, 11, 7 . . . . 29. 38 n 3
7, 1 . . . . . . . . . . 57
7, 2 . . . . . . . . . . 41
7, 5, 2 . . . . . . 13. 32
7, 7, 1 . . . . . . . . 36
III 6, 7, 2 . . . . . . . . . 14
Apollon Rhod II 1057 . . . . 50
Athen XI 470 c . . 12. 30 sq 42 sq
XIII 557 a . . . . 40 n 4
Cephalus et Procris . . . 17. 56
Dryopes . . . . . . . . . 36 sqq
Enchiridium mythogr . . . . . 33
Etym Magn 679, 50 . . . . . 11
Milleri p 107 . . . . . 6
249 . . . . . 11
Euphorion fr 108 . . . . . 5 sq
Eustath p 648, 37 . . . . . . 7
Hecuba . . . . . . . . . . . 20
Hellanicus . . . . . . . . 46. 48
Hercules . . . . . 10 sq 28–60
Amaltheae cornu . . . . . 32
Busiris . . . . . . . . . . 29
Coi in insula . . . . . . . 57 sq
dracones . . . . . . . . . 35

pag
Dryopes . . . . . . . 36 sqq
Geryones . . . . . . . 12. 42
Hesperidum mala . . . 11. 60
Megarae liberi . . . . 28. 36
Molionides . . . . . . . 40 sqq
Oechalia . . . . . . . 12. 39
Omphala . . . . . . . . . 29
partus . . . . . . . 9 sq 50 sq
Sol . . . . . . . . . . . . 30
Stymphalides aves . . . 10. 47
Herodorus . . . . 44 n 5. 52 sqq
Hygin fab 154 . . . . . . . . 11
Hylas . . . . . . . . . . . 37
Istros Callim . . . . . . 40. 41
Macrobius (ex Athenaeo) . 10. 12
Melampus . . . . . . . . . 8. 16
Neleus . . . . . . . . . . . 15
Orion . . . . . . . . . . . 5
Panyassis . . . . . . . . 28–32
Pelops . . . . . . . . . . . 18
Perseus . . . . . . . . . . . 9
Phalacrus . . . . . . . . . . 26
Pherecydis fr 4 . . . . . . . 5. 22
8 et 76 . 6. 17. 31 sq
12 . . . . . . . . 7. 31
23. 38 . . . . . . . 36
27 . . . . . . 10. 51
28 . . . . . . . . . 35
30 . . . . . . . . 28. 36
32 . . . . . . . . . 48
33 . . . 11. 29 sqq 60
33 h . . . 12. 29. 42
34 . . . . . . . . 12. 29
35 . . . . . . . . 58 sq
36 . . . . . . . . 13. 40
37 . . . . . . . . 13. 32
46 . . . . . . . . 13. 31
67 . . . . . 16. 35 n 3

pag
102 a . . . . . . 21. 31
omissa ap Muell:
Philod π. εὐσ. ed Gomp
p 7 . . . . . 6
17 . . . . . . . . 7
18 . . . . . . . . 16
36 . . . . . . . . 21
43 et 63 . . . . . . 22
schol Alcm fr 23 . . . . 13
Apln III 1093 . . . . 15
Dion Per 685 . . . . 61
Eur Andr 53 . . . . 19
Or 1233 . . . . 22
1653 . . . . 19
Phoen 662 . . . . 13
Germ p 136 Br . . . 14
Hom N 302 . . . . . 21
κ 493 T . . . . 14
μ 257 . . . . . 18
Lycophr 101 . . . . 19
Soran vita Hipp p 449 . . 61
Pherecydes Syrius . . . . 4. 28
Phlegyes . . . . . . . . . 21. 39
Pisander . . . . . . . . . 47 sqq
Schol in Apollon Rhod
ed princ . . . . . 35 n 3. 54
I 146 . . . . . . . . . 10
735 . . . . . . . . . 21
747 . . . . . . 52 sqq
752 . . . . . . . . . 18
761 . . . . . . . . . 6
1129 . . . . . . . . . 6
1212 . . . . . . . 36 sqq
1289 . . . . . 16. 35 n 3
II 1052 . . . . . . . . 10. 47
III 62 . . . . . . . . . . 27
1179 . . . . . . . . . 23
IV 1091 . . . . . . . . . 9
1396 . . . . . . . . . 11
1515 . . . . . . . . . 9
Schol Aristid p 100 Fr 313 D 4 sq
Schol Aristoph eq 1318 . . . 16

pag
Schol Eurip Alc 1 . . . 1. 6. 17
Andr 1240 . . . 19
Hec 3 . . . . . 20
Med arg . . . . 16
Or 1233 . . . . . 22
Schol Germ Arat 366 . . . . 11
Schol Hom Iliad
E 126 . . . . . . . . . . 15
Z 153 et H 8 . . . . . . 17
Λ 709 . . . . . . 13. 40 sq
Ξ 323 . . . . . . . . 10. 51
Σ 486 . . . . . . . 5 et 13
Ω 251 . . . . . . . . . . 20
Schol Hom Odyss vulg . . . 8
δ 22 . . . . . . . . . 18 sq
κ 493 . . . . . . . . . . 14
λ 264 . . . . . . . . . . 21
266 . . . . . . . . . . 10
281 . . . . . . . . . . 15
287 . . . . . . . . . . 16
321 . . . . . . . . . . 17
322 . . . . . . . . . . 21
326 . . . . . . . . . . 17
μ 69 . . . . . . . . . . 15
257 . . . . . . . . . . 18
ο 16 et 223 . . . . . . . 17
225 . . . . . . . . . . 8
τ 432 . . . . . . . . . . 16
518 . . . . . . . . . . 20
φ 22 . . . . . . . . . . 12
Schol Lycophr 101 . . . . . 19
570 . . . . . 19
Schol Pindar P 4, 133 . . . 24
Schol Platon Phaed p 89 c . . 40
Schol Soph Tr arg . . . . 13. 32
Tr 354 . . . . 12. 39
Teleboae . . . . . . . . 51 sqq
Timaeus . . . . . . . 45. 56 sq
Tiresias . . . . . . . . . . 14
Tityus . . . . . . . . . . 6
Triptolemus . . . . . . . 7. 31
Tzetz ad Lyc 663 . . . . . . 11


---

Frommannsche Buchdruckerei (Hermann Pohle) in Jena.